Quoniā cuꝫ ſciuerimꝰ ꝙ materia fuerit adhuc in deſcenſu: a ſuo loco materiaꝫ extrahemꝰ poſtquā quattuoꝛ ꝯditionū curā habuerimꝰ. Una ē ꝑtis diuerſitas quēadmodū a dextra ad ſiniſtrā trahimꝰ ⁊ a ſuperioꝛibus ad inferioꝛa. Et ſcđa eſt vt ſocietatis curā habeamꝰ ſicut mēſtrua vētoſis retineamꝰ quas māmillis ſupponimus ſocio attrahētes. Et tertia rectitudinū curaꝫ hēre quēadmodū oꝫ ī egritudinibꝰ epatis: ī dextra minutioneꝫ facimꝰ baſilica: ⁊ in egritudinibꝰ ſplenis in baſilica ſiniſtra. Et quarta quidē eſt cū ſollicitudine elongatōis ne qđ extrahit̃ valde ſit ꝓpinquū ei a quo extrahit̃.

¶ Nunc declarat: ⁊ diuidit̃ in duas ꝑtes. p° docet qđ faciendū ſit cū mā fluit. 2° quid faciēduꝫ cū fluxit tota. 2ª ibi: ſed cū hic accidit. ¶ De pꝛima ꝑte dicit ſic qđ eſt veꝝ ꝙ cognitio ſocietatis ⁊ loci nos iuuat ad cognoſcēdū moduꝫ medicatōis cuꝫ fluit a mā. Et rō eſt q꞉ cū ſcimꝰ ꝙ mā adhuc fluit: nos debemꝰ eūare taleꝫ mām: ſꝫ cū cura ⁊ ſollicitudine quattuoꝛ ꝯditionū. ¶ Pꝛima ē vt trahat̃ ad locuꝫ diuerſuꝫ ab illo mēbꝛo ad qđ fluit: puta ſi mēbꝛuꝫ eſt ſurſuꝫ trahat̃ deoꝛſuꝫ: ⁊ ſi a dextro trahat̃ ad ſiniſtrū. Et hoc non poſſumꝰ ſcire niſi noticia loci vel mēbꝛi. ¶ Scđa cōditio eſt hēre curā ſocietatis: ita ꝙ poſſumꝰ ꝑ mēbꝛum vel ad mēbꝛuꝫ ſocietatē habēs attrahere: ſicut māꝫ a matrice trahimꝰ cuꝫ vētoſis q̄ māmillis ſupponunt̃. ¶ Tertia eſt hēre curā rectitudīs vt mām epatis ꝑ dexterā baſilicaꝫ euacuemꝰ ⁊ mām ſplenis cū flobotomia ſiniſtre baſilice. ¶ Et 4ª eſt videre ne attractio fiat ad locū valde vicinū mēbꝛo patienti: ⁊ ſi ē in oculo nō trahat̃ ad nares: ⁊ ſi eſſet ī amigdalis ⁊ vua vt in ſquinātia nō trahat̃ ad venas que ſunt ſub līgua. ¶ Circa partē nota ꝙ cuꝫ mā adhuc fluit duplex ē medici intētio. vna eſt ad fluxū ꝓhibendū: alia ē ad materie eūoneꝫ. In ꝓhibēdo fluxuꝫ debemꝰ ad oᵐ loci: ⁊ quoad hoc adhibet̃ intentio pꝛima ⁊ ſollicitudo de quattuoꝛ iā dictis. Nā ſi trahat̃ ad locū valde vicinū ſolū nō ꝓhibet̃ fluxus īmo auget̃ ⁊ ꝑcipue in coꝛꝑe plectoꝛio. Et ego plures vidi ex ſquinātia qui moꝛtui ſūt ꝓpter medici īpericiā cito ad flobotomiā venaꝝ ſub lingua tranſeuntis quoad eūoneꝫ materiei. Scđa intētio eſt materiā eūandaꝫ ꝑ aptiſſima loca ducere que melius apta ſūt ⁊ ſocietatē hn̄t viaꝝ manifeſtaꝝ vt māmillaꝝ cuꝫ matrice ⁊ loca directe aſpiciētia vt baſilica cū epate. ¶ Sꝫ hic cadūt tres dubitatōes. Pꝛima vtrū mā fluente ſit attractio fienda ad partē diuerſam. Scđa quare non fecit mentionē de diametro ꝓfunditatis. Tertia vtrū in paſſiōe ſplenis magis ꝯueniat eūatio baſilice ſiniſtre q̄ꝫ dextre. ¶ Ad negatiuā pꝛimi dubij arguit̃ ſic. Mā eſt eūanda ꝑ locū ad queꝫ nā trāſmittit: ergo nō per locū diuerſum a mēbꝛo recipiēte. Aſſumptū ē Hyp. ī illo affo. Quecūqꝫ ducere oꝫ vn̄cūqꝫ natura repit ⁊c̃. ⁊ Gal. in ꝯmēto: Confirmat̃ q꞉ humores qui inferiꝰ cadunt cogente nā ſunt per inferiꝰ eūandi: ergo nō per partē oppoſitā. Cōſequētia nota ⁊ aſſumptuꝫ eſt Hyp. ſuper illo affo. Super diafragma doloꝛes ⁊c̃. Et Gal. in ꝯmēto duꝫ dixit: Que vero inferiꝰ cogunt̃ in his aperiat̃ poꝛta inferioꝛ. Et idē vult ī illo affo. Nō febꝛicitātibus ſi fiat. ⁊ idē in illa particula: nō febꝛicitātibus ſi fiat faſtidiū. Et Gal. in ꝯmēto vult ꝙ his ſignificātibꝰ mām colericā in oꝛe ſtomaci ꝯtineri debemꝰ euacuare vomitu ⁊ nō per partē diuerſaꝫ ſed eādeꝫ. Et hoc vult Aui. pª quarti de cura putridaꝝ in gn̄ali cū dixit: Qđ ſi īuenies humoreꝫ pꝛimo declinare ad ſtomacū: tunc fac vomere cū eis in quibꝰ nō ſit diuerſitas ꝯſuetudini: īmo cū eis q̄ ſunt ſirupus acetoſus cū aqua calida cū natura mouet humoꝛē ad vomitū ⁊ nō verſifices eaꝫ. Qđ ſi illic fuerit declinatio ad īteſtina ⁊ ſenſeris rugitū ad deſcēſuꝫ fecis: tūc adhibe qđ diſſoluat ventrē. Idē 16ª tertij. c. de cura colice paſſionis vbi vomitꝰ appꝫet. Et idē Raſis 9° almāſo. c. ſimili. ⁊ 10ª tertij. c. de aſmate. Materia aſmatis eūatur tuſſi ⁊ ſputo 16°. c. de colica fit eūatio cū cliſtere ex mā fluente. Et ī peſtilentialibꝰ fit eūatio per parteꝫ eandem: ⁊ cū materia mittitur a pꝛincipali mēbꝛo ad emūctoꝛiuꝫ euacuamꝰ non diuertendo. Iteꝫ in criſi non diuertit̃ materia.

**In oppoſitum eſt Aui. hic.** Circa huius dubij ſolutionem nota pꝛimo ꝙ quedaꝫ ſunt materie quaruꝫ fluxuꝫ non intēdimus pꝛohibere: ſed ſoluꝫ intēdimus ad earum eūoneꝫ. Et ratio eſt: naꝫ qn̄qꝫ materie ſuꝑfluunt per loca eūoni eaꝝ ꝯueniētia: qn̄qꝫ aūt per loca incōueniētia. ⁊ cuꝫ concurrūt ad loca cōueniētia: non intēdimꝰ fluxū merito huiꝰ ꝓhibere ſꝫ iuuare. Medicus eīꝫ ē adiutoꝛ nāe. Cum aūt ꝑ loca incōueniētia fluunt qn̄qꝫ ꝓhibēdo fluxū poſſumus ꝓhibere magna nocumēta ſolū mīma faciēdo. Qn̄qꝫ autē faceremꝰ maioꝛa nocumēta fluxū ꝓhibēdo. verbigrā cū mā eſt ventoſa ⁊ currit ad mēbꝛa extrinſeca: ſi diuertit̃ periculū eſt ī trāſitu eius ꝑ loca ītrinſeca ⁊ in hoꝛa illa nocumēta magna ſunt. Et ita cū materia ē valde mala a mēbꝛo pꝛīcipali ad emūctoꝛia trāſmiſſa ⁊ in multis alijs caſibus quibꝰ nō obſtāte ꝙ mā per mēbꝛa ſiue incōueniētia loca ducat̃: tñ q꞉ in ꝓhibitōe fluxus eēt maius ꝑiculū: nos illuꝫ nō ꝓhibemꝰ. Simil'r qn̄qꝫ mā peccās eſt digna euacuatōe qn̄qꝫ nō. Nā qñ ſanguis nō eſt peccās ⁊ virtꝰ valde debilis: etiā ſi per ꝯueniētiſſima loca fieret eūatio tñ ꝓhibemus: q꞉ non dignus eſt eūone. Quādo aūt eſt malus ⁊ cuꝫ talibꝰ circūſtantijs an in coꝛpoꝛe iuuenili eſt dignus euacuari ⁊ nō ꝓhibemus ſed iuuamꝰ: ⁊ ſi natura per conueniētia loca facit iuuamus etiā. Ex his ponunt̃ ꝯcl'ones.

¶ Pꝛima nō ſemꝑ mā ad mēbꝛum fluente fluxus ē ꝓhibēdus. pꝫ q꞉ multotiēs iuuamꝰ qñ eſt ꝑ loca conuenientia vel qñ in ꝓhibitōe creſceret ꝑiculuꝫ. Ex hoc pꝫ ꝙ nō ſemper ē in colica ſimera. hec intētio habet̃ ad fluxuꝫ ꝓhibēduꝫ. ¶ Scđa ꝯcl'o: vniuerſal'r mā currente ad mēbꝛuꝫ ita ꝙ intētio ſit rōnalis fluxū ꝓhibēdi a mā exn̄te multa ī fluxu dꝫ attractio fieri ad partē diuerſam. ⁊ hec ſit ꝓ mente Auic. hic. Et ſi bene ꝯſideras oīa argumēta ante oppoſitū pꝛobāt cōcl'oneꝫ pꝛimā. ¶ Ad 2ᵐ dubiū rn̄det̃ ſine argumēto ꝙ nō facit mētionē de diametro ꝓfūditatis: q꞉ multotiēs nimis ē parua: vt in digito: gula: aure ⁊ ſimilibꝰ: ⁊ ī locis vbi nō ſit multū parua dat̃ intelligi ꝑ alias. Nā qn̄qꝫ iuuat: vñ Hyp. in affo. dixit poſterioꝛa capitis dolentia recta vena īciſa in fronte iuuat. ¶ Ad 3ᵐ dubiuꝫ dicit ꝙ cōuenit eūatio per ſiniſtrā magis q̄ꝫ per dextrā. ſꝫ de hoc dicā ī. c. de flobotomia vbi dicet̃ ꝙ de iuuamento flōmie vene ſciatice ⁊ ſaphene q̄ ita ab vno truncho oꝛiunt̃ ſicut baſilica dextra ⁊ ſiniſtra: q̄ ſiniſtra cū ſplene hꝫ ſocietatem vicinā quā nō hꝫ cuꝫ dextra ⁊ eꝫ reſpectu epatis.

Sed cū accidit vt tota materia iam ſit eūata: vtreqꝫ res ei cōferūt ex parte: quoniā ſi voluerimꝰ accipiemus eam ex ipſo mēbꝛo: ⁊ ſi voluerimꝰ trahemus ipſa ad mēbꝛum ꝓpinquū qđ aſſociatū eſt: ⁊ eam ab eo extrahemꝰ quēadmodū in duas minuimꝰ ſaphenas ī matricū egritudinibus: ⁊ venā que eſt ſub lingua cuꝫ medicari volumus apoſtema duarum amigdalaꝝ.

¶ Hic declarat quid faciēdū qñ mā tota ad mēbꝛuꝫ fluxit ⁊ nō ē timoꝛ de fluxu noue māc dicēs ꝙ qñ ita ē poſſumus mām ꝑ ipſaꝫ partē patientē eūare: ⁊ poſſumus eūare per mēbꝛuꝫ vicinū ſocietatē tñ habēs cū mēbꝛo patiente. ¶ Et ponit exēpluꝫ Auic. de euacuatiōe per mēbꝛuꝫ ꝓpinquū. naꝫ ē egritudo ex plenitudine ſanguīs in matrice ⁊ putamꝰ nō eē in fluxu aliā mām eūamꝰ ꝑ flobotomiā ſaphene. Et cū eſt apā calidū in gutture ⁊ nō timemꝰ de fluxu alterius materiei: eūamus per flobotomiā venaruꝫ ſub lingna exiſtētiuꝫ: ⁊ emplīm reſolutiuū ponimꝰ ⁊ ſimile facimus. Et cā cañ. eſt clara q꞉ huic intentōi non eſt ꝓhibitio fluxus neceſſaria ſed pura eūatio: ⁊ ideo dꝫ fieri ꝑ partem aptioꝛeꝫ que eſt vna iſtarum.

Per partē ꝓpinquā intellige partem colligataꝫ q꞉ ſaphena nō ē matrici ꝓpinqua quoad ſituꝫ.

Cūqꝫ

UVA. BHSC. IyR_006_1

Cũq; ad diuerſum trahere volueris membꝛi: a quo protrahis doloꝛem pꝛius ſeda.

¶ Ponit cañ. duos verificatiõis erroꝛis circa dicta. 2ª ibi: caue tibi. ¶ Dicit pº q ſi volueris mãm diuertere a mẽbꝛo: ſi mẽbꝛuʒ doluerit: pº opʒ ſedare doloꝛẽ. ⁊ cã ẽ qꝛ doloꝛ trahit. ⁊ qñ mã diuertit ponit in motu ⁊ fit facilioris attractõis q̃ʒ ſi qeta eẽt: ⁊ iõ ſi diuertimꝰ niſi fieret vltima diuerſio ſumꝰ cã maioꝛis fluxꝰ ad mẽbꝛũ. ⁊ iteꝝ qꝛ doloꝛ ẽ cã fluxꝰ: pº ẽ remouẽdus ex dicẽdis .i.c.vl. huiꝰ fen.

## Utrũ ante diuerſionẽ materie membꝛo dolẽte ſit doloꝛ ſedandus?

Arguit negatiue. In acutiſſimo doloꝛe nulla melioꝛ medicina eſt q̃ʒ eũatio vſq; ad ſincopiʒ: ergo ante ſedatõeʒ doloꝛis eſt admĩſtrãda medicina eũatiua: ⁊ ꝑ cõſequẽs ſit diuerſio añ ſedationẽ doloris. Aſſumptũ eſt Gal. pª affo. illo affo. Que egerũt. Idẽ ꝯfirmat in doloꝛibꝰ pectoꝛis faciẽda eſt flobotomia ſaphene cũ materia ſit calida. ⁊ eſt oĩno a ſtupefactiuis cauẽdũ: ergo doloꝛ nõ erit pꝛius ſedandus. Et aſſumptũ eſt Aui. decima tertij. c. de cura doloꝛis pectoꝛis.

## In oppoſitum eſt Aui. hic.

Pro dubio eſt notandũ pº q doloꝝ quidã eſt multũ foꝛtis ita vt ſit timoꝛ de virtutis defectu: qdã vero mediocris ⁊ nõ tã foꝛtis. ¶ Nota 2º q cura quedã ẽ regularis quedã coacta. Intẽdendo ꝑ regularẽ illã q̃ fit ſine notabili nocumẽto vel ꝑiculo. Per coactã vero ĩtelligo que fit cũ notabili nocumẽto vel periculo: ⁊ ſi infirmo maius ide ſequat iuuamẽtũ ſuo nocumẽto. ¶ Tertio nota q ꝑ ſedationẽ doloꝛis duo intelligere debemꝰ. pº totalẽ doloꝛis reuocatõeʒ. 2º eiꝰ mitigatõeʒ. ¶ Nota 4º q ex valde foꝛti doloꝛe ſequit per ſe debilitatio virtutis cũ doloꝛ ſit maxĩe de ꝓſternẽdo virtutẽ. Sequit 2º materie attractio ad locũ dolentẽ: ⁊ augmẽtũ apoſtematis ſi ibi fuerit: ⁊ ſic augmẽtũ doloꝛis augmẽtata cã maxĩe qñ humoꝛ auget ꝑ illḋ. ¶ His habitis ſit pª ꝯclõ. Nõ ſemꝑ in mediocri doloꝛe vel paruo a mã pẽdente ĩ mẽbꝛo contenta doloꝛ eſt pꝛius ſedandus q̃ʒ diuerſio fienda. Pꝛobat: qꝛ in multis caſibꝰ per talẽ diuerſionẽ doloꝛ vere curat eius cã remota: ergo nõ opʒ aliã operationẽ p̃cedere. ¶ Scḋa ꝯclõ: nõ ſemꝑ in acutiſſimo doloꝛe ẽt mãli priꝰ ẽ fiẽda eũatio q̃ʒ ſedãdus doloꝛ. Pꝛobat ꝯclõ qꝛ multotiẽs virtꝰ eſt tantũ debilis q foꝛtẽ eũoneʒ tollerare non poſſet. modo ꝯſtat q mediocris diuerſio ⁊ eũatio adderet in fluxu ad locũ doloꝛis mãm ponẽdo ĩ motu: ergo nec mediocris nec foꝛtis eũatio ante ſedatõeʒ doloꝛis fiẽda ẽ. Et p̃terea ꝯtingit mãm facientẽ doloꝛẽ quoad ꝑtẽ q̃ fluxit eſſe ineptã eũoni: ita q ẽt eũatio vſq; ad ſincopiʒ nõ ſufficeret illã eũare: ergo in tali caſu ante ſedationẽ doloꝛis nõ euacuandũ. Cõſequẽtia pʒ ex p̃dictis. ¶ Tertia ꝯclõ: qñq; in acutiſſimo doloꝛe ẽ pꝛius eũandũ q̃ʒ doloꝛ ſedãdus. pʒ qꝛ qñq; per talẽ eũoneʒ tollit doloꝛ ⁊ curat: vt poteſt ſumi ex Gal. pª ꝑticula affo. loco allegato. ¶ Quarta ꝯclõ: talis eũatio diuerſiua ꝯpetẽs in acutiſſimo nõ eſt regulr fiẽda. Pꝛobat: nulla eũatio vltimata eſt fiẽda regulr vt põt colligi ab illo affo. In exercitatõibꝰ ad ſũmuʒ. ſed oĩs eũatio in tali foꝛtiſſimo doloꝛe ꝯueniẽs eſt vltimata: ergo ⁊c̃. Minoꝛ vero pʒ: qꝛ mediocris nõ ſufficeret ad oppoſitã parteʒ ducere quãtũ doloꝛ traheret. Et hoc ſequit q regulr operãdo in cura foꝛtiſſimi doloꝛis mãlis eſt doloꝛ pꝛimus ſedãdus qñq; ĩmo ſemꝑ. ¶ Sequit 2º q nõ eſt ante doloꝛis ſedationẽ diuertẽduʒ regulr. ¶ Sequit 3º q ĩ aliquo caſu nec regulr operãdo eſt pꝛius ſedãdus doloꝛ nec priꝰ eſt eũanduʒ. pʒ qꝛ qñq; nõ eſt pꝛius ſedãdus: puta cũ periculuʒ ẽ ſubiti augmẽti moꝛbi in ap̃ate in tp̃e ſedatiõis doloris: ſʒ eũandũ: ⁊ hoc irregulr. ¶ Ad argumẽta. Ad pꝛimũ pʒ q eſt verum irregulr. Ad 2m dicit q in foꝛtiſſimo doloꝛe illaruʒ partiũ qñq; eſt pꝛius eũanduʒ irregulr tamen. Qñq; doloꝛ oĩno nõ eſt foꝛtiſſimꝰ: ⁊ tũc nõ oʒ ſedare priꝰ vt dicit qꝛ de tali nõ intelligit in cañ.

Et caue tibi ne trãſitus ſuper pꝛĩcipale fiat.

¶ Nũc ponit 2m cañ. ſ. q ĩ tali diuerſiõe cauẽdũ ẽ ne fiat trãſitꝰ ſuꝑ mẽbꝛuʒ pꝛĩcipale. Cã ẽ qꝛ ꝑiculũ ẽ ĩ tali trãſitu ne cõicet nocumẽtũ magnũ ipſi membꝛo pꝛĩcipali.

## Utrum medico liceat diuertendo ſuꝑ mẽbꝛo pꝛĩcipali facere trãſituʒ?

Affirmatiue arguitur ſic. Per cerebꝛuʒ lʒ hoc facere. Nã poſterioꝛa capitis dolentia recta vena in frõte inciſa iuuat: ſed tũc ꝯſtat q trahit ſuꝑ cerebꝛũ: ergo ⁊c̃. ¶ Confirmat qꝛ peccãtes materias in capite ꝑ inferiꝰ eũamus: ſed ꝯſtat q inferiꝰ ad inteſtina veniũt trãſeundo ꝑ epar: ergo ⁊c̃. ¶ Tertio in pleureſi dextri lateris flobotomamus baſilicã ſiniſtrã: ſʒ tunc fit tranſitus ſuper coꝛ: ergo ⁊c̃.

## In oppoſitum eſt Aui.

Circa dubiuʒ nota pº q materieꝝ que per diuerſionẽ trahunt: quedã ſunt vehemẽter coꝛrupte: quedã nõ ſũt coꝛrupte. Exẽpluʒ pꝛimi: vt ĩcipiẽte ap̃ate ex mã febꝛis peſtilẽtialis. Exẽpluʒ ſcḋi: vt facta ꝑcuſſiõe doloꝛoſa in coꝛpe pꝛius ſano: ꝯſtat humoꝛes qui trahũtur nõ eſſe coꝛruptos. ¶ Nota 2º q tranſitꝰ ſuꝑ mẽbꝛo pꝛĩcipali põt fieri duplr. pº ita q mẽbꝛuʒ pꝛĩcipale ſit ille terminus ad quẽ trahit ⁊ in quo figit. 2º mõ q pꝛĩcipale mẽbꝛũ ſit via per quã trãſit: hoc ẽ ſatis notum. ¶ Tertio nota q mẽbꝛa pꝛĩcipalia quedã ſunt tollerãtia materieꝝ trãſitum ſine moꝛtis ꝑiculo: quedã aũt nõ ſunt tollerãtia. Exẽpluʒ pꝛimi ſicut cerebꝛũ ⁊ epar. Exẽplũ ſcḋi ſicut coꝛ qḋ ꝓpter eius neceſſitatẽ ⁊ nobilitatẽ ſui coꝛꝑis nõ tollerat. ¶ Tũc ſit pꝛima ꝯclõ. In diuerſiõe mãe non coꝛrupte lʒ fieri trãſitus per mẽbꝛuʒ pꝛĩcipale tanq̃ʒ per viã: qꝛ in tali tranſitu non eſt nocumẽtuʒ. ¶ Scḋa ꝯclõ eſt Dy. Nunq̃ʒ attractio cuiuſq; mãe diuertẽde fieri dʒ ad membꝛuʒ pꝛĩcipale tanq̃ʒ ad terminuʒ. Pꝛobat qꝛ ſemꝑ attractio fieri dʒ de nobili ad ignobile: ſed pꝛĩcipalia ſunt alijs nobilioꝛa: ergo ⁊c̃. Salua Dy. reuerẽtia hec ꝯclõ videt mihi falſa. Nã in fluxu ſanguis nariuʒ ponimꝰ vẽtoſas ſuper epar vt mã ad epar tanquã ad terminũ trahat: ⁊ idẽ in fluxu mẽſtruoꝝ. Pꝛopterea in vulnere vbi multus ſanguis fluit a ſuperioribus vt a capite ꝓuocamꝰ timoꝛeʒ vt inde ſanguis ad coꝛ tanquã ad terminuʒ trahat. Et pꝛobat rõne quia ſtat attractionẽ factã ad pꝛincipale mẽbꝛũ tanq̃ʒ ad terminũ eſſe ipſius pꝛĩcipalis mẽbꝛi ꝯfoꝛtatiuã ⁊ ei ꝯuenientẽ ⁊c̃. Aſſũptũ ꝓbo qꝛ ſanguĩe exñte bono ⁊ hoĩe exñte vulnerato: ita vt plurimꝰ ſanguis fluxerit a coꝛde ⁊ epate: claꝝ eſt q attractio ſanguis ḋ alijs mẽbꝛis ad pꝛĩcipalia erit iuuatiua. Et multi ſũt caſus in quibꝰ ideʒ ꝓbat: ⁊ ideo meliꝰ ponit ꝯclõ oppoſita q mã exñte nõ male qualitatis ꝯtingit cõuenienter a membꝛo ignobili fieri attractionẽ ad coꝛ tanq̃ʒ ad terminũ ad quẽ. pʒ qꝛ ꝯtingit illaʒ mãm in mẽbꝛo ignobili ſuꝑfluere ⁊ pꝛĩcipale eadeʒ indigere. ¶ Tertia ꝯclõ: materia exñte coꝛrupta qñq; ꝯueniẽter trahit ad mẽbꝛuʒ pꝛincipale nõ tanq̃ʒ ad terminũ ad quẽ: ſʒ per viã trãſitus. Iſta patẽt per argumẽta facta ante oᵐ p̃cipue de epate ⁊ cerebꝛo. ¶ Quartã ꝯclõnẽ ponit Dy. Mã coꝛrupta nõ eſt ducẽda per coꝛ tanq̃ʒ per viam: qꝛ coꝛ nõ patit tranſitũ talis mãe ꝓpter eiꝰ nobilitatẽ. Et iõ Gal. in ꝯmẽto illius affo. Que ducere oʒ. vituperat eũonem mãe factã ſuper coꝛde. Ego tñ puto nõ eſſe incõueniẽs qñq; coꝛruptã mãm ire ꝑ coꝛ vbi per aliã viã nõ ſit poſſibile trahere ⁊ nocumẽtum remouere. Eius tñ iuuamẽtũ erit maius nocumẽto: ⁊ ideo pono aliã ꝯclõneʒ. Ceteris paribꝰ ⁊ deducta ĩdigẽtia ĩ pꝛĩcipali mẽbꝛo meliꝰ eſt nõ trãſire per ipm mẽbꝛuʒ pꝛĩcipale q̃ʒ trãſire. pʒ qꝛ ſi mẽbꝛum pꝛĩcipale nõ indiget tali humoꝛe ĩ trãſitu ꝑ ipʒ aliqḋ recipit nocumẽtũ: ſʒ ceteris paribꝰ magis ẽ euitãdũ nocumẽtũ pꝛĩcipalis mẽbꝛi q̃ʒ alioꝛum: ergo ⁊c̃. Hãc ꝯclõneʒ puto voluiſſe Aui. nõ q non poſſumꝰ trahere vel q ꝑ pꝛĩcipale nũq̃ʒ ſit trahẽduʒ: ſed de hoc cauere debemꝰ: aut ceteris paribꝰ ꝑ aliã viaʒ euacuare ſi poſſumꝰ. Et ſʒ hoc pʒ argumẽtoꝝ ſolutio.

Pro iſto notato vide Gẽtilez in iſto loco.

Et vtilitas quidẽ que ſequit ex ꝑte virtutis mẽbꝛi ẽ triuʒ ſemitaꝝ. Una ẽ dignitatis ⁊ pꝛĩcipatꝰ curaʒ hẽre: quoniã ſuper mẽbꝛa pꝛĩcipalia nõ faciemꝰ aliquid cũ foꝛtibꝰ medicinis in quo ſit ambigẽdũ quãtomagis potuerimus ne nocumẽtum toti coꝛpoꝛi cõe faciamꝰ. Quaꝑꝑ ex cerebꝛo ⁊ epate nõ euacuabimꝰ illud qḋ ab eis eũare debemꝰ ĩ vna hoꝛa: neq; vllo mõ vehemẽti infrigidabimꝰ ĩfridatõe: ⁊ cũ epati emplm̃ ſupponemꝰ ex medicis reſoluẽtibꝰ nõ relinquemꝰ quin ĩ eo res retẽtiuas ⁊ boni odoꝛis ponamꝰ ꝑꝑ v̓tutẽ cuſtodiẽdã. ⁊ ſilr ĩ eis q̃ ꝑꝑ eã ad bibeñ. damꝰ. Qḋ aũt inter oĩa mẽbꝛa hac tota cuſtodia digniꝰ exiſtit ẽ coꝛ ⁊ poſtea cerebꝛũ ⁊ pꝰ ipʒ epar.

¶ Nunc docet eligere modos admĩſtrãdi foꝛtes ac debiles medicinas virtute mẽbꝛi attinẽtis ꝓ maioꝛi parte: ⁊ hic nõ ſumit virtꝰ ꝓ ruboꝛe ſʒ ꝓ aĩa vt ẽ determĩate operatõis factiua: ⁊ diuidit in tres ꝑtes. pº ponit numeꝝ modoꝝ quibus iſta vtilitas ſumit dando pꝛimũ. 2º ſcḋm. 3º tertiũ. ibi 2ª: ⁊ duo quidẽ. ibi 3ª: ⁊ ſemita. ¶ De pª dicit quattuoꝛ. Pꝛimũ ẽ q vtilitas cognoſcẽdi virtuteʒ mẽbꝛi eſt triũ modoꝝ. Scḋʒ dictũ ẽ vnꝰ modus ⁊ eſt habere curã pꝛĩcipalis mẽbꝛi hoc mõ q ſuper mẽbꝛũ pꝛĩcipale nõ faciamꝰ aliquid ſuꝑ quo ſit ãbiguitas: aut eũando: aut alterãdo cũ medicis foꝛtibꝰ quãto magis poſſumꝰ: ⁊ hoc ne fiat nocumẽtũ toti cõicans. Tertiũ dictũ eſt q ꝓpter hãc cãm quoꝛũdaʒ modoꝝ operatõuʒ medici potes aſſignare cãʒ. Nã hic eſt q a cerebꝛo ⁊ ab epate nõ eũamus vna vice illud qḋ ẽ eũandũ: ſupple ſi fuerit multũ. Et ꝑ ideʒ non ĩfrigidamꝰ hec mẽbꝛa vehemẽti ĩfridatiõe. Et ꝓpter idẽ ĩ epithimatibꝰ que ponunt ſuꝑ epar nõ eſt relinquẽdũ quin ponant res boni odoꝛis ꝓpter mẽbꝛi ꝯfoꝛtatõeʒ. Et cũ in potu medicĩas damus ſolutiuas educẽtes ab epate: miſcemus res boni odoꝛis. Quartũ eſt q ĩter mẽbꝛa digniꝰ tãta cuſtodia eſt coꝛ. 2º eſt cerebꝛũ. 3º eſt epar. ¶ Circa ꝑteʒ nota pº q pꝛincipaliũ mẽbꝛoꝝ virtutes ⁊ opatões faciunt ad ĩdiuidui ꝯſeruationẽ p̃cipue nominatoꝝ: ⁊ iõ maxĩe eſt hñda illoꝝ cuſtodia. ¶ Nota 2º q virtꝰ illoꝝ maxĩe debilitari videt deductis agẽtibꝰ a ꝓpꝛietate per medicinas eũatiuas aut ſolutiuas: ⁊ iõ iſta genera mediciaꝝ ſũt no-



UVA. BHSC. IyR_006_1

minata per Auic. Nã hec mẽbra indigẽt pñtia multi ſpũs ⁊ debita ꝯpagine ſui caloris ſiue fortitudine. Et q꞉ euone ſpũs diſſoluit̃ ⁊ mollificãtia ꝓpriã ſubſtantiã mẽbri relaxãt ⁊ ita reſolutiua reſoluũt ſpũm ⁊ maxie calida. frida autez calorẽ nãlez debilitãt: Jdeo iſtis medicis exiſtẽtibꝰ neceſſarijs cauẽduʒ eſt ab eaꝝ fortitudie ſuꝑ pricipalibꝰ ĩ adminiſtrãdo. Qđ ſi neceſſaria fuerit adminiſtratio fortiũ: tũc miſcẽda ſunt cũ iſtis que reſiſtũt effectibꝰ eaꝝ in ſubſtãtia mẽbri vel ſpũs. Et hoc mõ reſiſtẽtes ſunt ſtiptice ſubſtantiã mẽbri vniẽtes: ⁊ medicine odorifere ſpũs confortãtes. Et iõ hic Auic. plures enumerat ꝯmiſcẽdas ꝑdictis. Sed hic cadũt due difficultates. Pria q꞉ ꝑmixtio ſtipticoꝝ cũ ſolutiuis videt̃ irratõabilis. Nã quãtũ iuuat medicĩa ſtiptica ad mẽbri ꝯfortatõez: tantũ ꝓhibet humoꝝ diſſolutionẽ: quare melius videt̃ ſolutiuũ ſine ſtipticis ſm tenorẽ virtutis adminiſtrandũ. ¶ Huic dicit̃ ꝙ mẽbroꝝ virtus ẽ magis apta ꝯſeruari per ſubſtãtiaʒ medicinaꝝ ſtipticaruʒ ex leui adiutorio habito ꝗ̃ʒ humor ſit aptꝰ igroſſari vel cõſtringi ꝑ illã medicinã. Nã cũ humor ẽ maius diſſolutõe indigẽs: natura nõ conat̃ ad illius diſſolutionẽ quin ẽt ad ꝓprij mẽbri ratificatõez. ¶ Scđa dubitatio quõ aromatica cal'a cõfortãt mẽbra pricipalia. Nã Aui. in. c. de viribꝰ cordis. ponit aromatica cal'a cõfortare mẽbra pricipalia. ſ. virtutẽ vitalez. ¶ Huic rñdet Dy. ꝙ medicine odorifere ſunt cõfortãtes virtutẽ duobꝰ modis. Unꝰ ẽ q꞉ multiplicant ſubſtãtiã ſpũs. Scđs ẽ contẽperãdo ꝯplõnem coꝝ ⁊ equando. Et ꝯceſſo mõ primo vr̃ ꝙ aromatica cal'a nõ cõfortãt 2° mõ cor ⁊ ſpũs calefactos: ꝗ̃ tñ ſunt cõmiſcẽda in epithimatibꝰ frigidis: vt pʒ. xj^a tertij. Nã hec aromatica ſpũs nõ adequarent: imo calefacerẽt. Dicẽdũ ergo alr̃ ꝙ quẽadmodũ cor per pñtiaʒ ꝯueniẽtis quãtitatis ſpũs ẽ fortiꝰ ad ſua ꝑpamẽta faciẽda: ita per pñtiã vaporis ab aromatico eleuati ad cor petẽtis: aut pñtiã ꝗ̃litatis ipreſſe ab aromatico eſt potẽtius tã in agẽdo ꝗ̃ʒ in reſiſtẽdo. Jſta autez ꝗ̃litas ẽ de genere ꝓprietatis. Qđ aũt aromatica calida ĩ epithimatibꝰ cordis ꝯmiſcent̃ cũ medicis fridis ẽ ad reſiſtendũ ipreſſioni medicinaꝝ fridaꝝ ne ꝑ illas ſpũs ꝯgelarent̃. veꝝ ĩfrigidãdo cor vtimur fridis aromaticis qm̃ ĩfrigidãdo ĩprimũt qualitatẽ occultã ꝯfortatiuã vt predicit̃.

Cõfortatio ſpirituuʒ ex aromaticis ꝓueniẽs reducit̃ ad ꝓprietatẽ occultã.

¶ Tertia dubitatio ẽ de ordine mẽbroꝝ in dignitate cuſtodie. ſ. vtrũ primũ ſit cor ſcđm cerebrũ ⁊ tertiũ epar. Et mouet̃ dubiũ 7° terapẽtice a Gal. vbi dicit ad litterã: Jn egritudinibꝰ magis ĩdigemꝰ cuſtodia epatis ꝗ̃ʒ cerebri. Et ita dicit Gal. xj° de igenio ſanitatis ꝙ nõ ĩdigemꝰ ĩ egritudinibꝰ virtute pulſatili multũ robuſta ſicut nec motiua ſʒ digeſtiua ĩdigemꝰ robuſta: ⁊ q꞉ digeſtiua ẽ virtꝰ ꝑẽdẽs ab influxu epatis relique dicte a corde ⁊ cerebro: videt̃ ꝙ magis debemꝰ virtutẽ epatis cuſtodire ꝗ̃ʒ cordis aut cerebri: ⁊ magis ĩdigemꝰ illius mẽbri virtute robuſta. ¶ Sʒ nota p° ꝙ aliud ẽ dicere indigere virtute mẽbri: ⁊ aliud ĩdigere illiꝰ mẽbri virtute robuſta. Nam ſtat virtutẽ ſatis debilẽ operatõez tñ facere ſatis neceſſariã ad ĩdiuidui vel ſpẽi ꝯſeruationẽ. ¶ Jtẽ 2° aliud ẽ dicere ĩdigere pulſatili virtute in mẽbro robuſto ⁊ aliud vitali. Nã virtꝰ pulſatilis multotiẽs in mẽbro eſt debilis: q꞉ artarie ſunt ĩpedite que tñ nõ erit debilis vt vitalis. ¶ Nota 2° ꝙ a cerebro ꝑẽdet motus anhelitꝰ: ⁊ iõ abſolute deſtructa cerebri virtute tollit̃ anhelitꝰ: ⁊ iõ hõ morit̃. ſed virtute epatis ablata q꞉ ĩfluxus eiꝰ ẽ magis mẽbris gnãlis ⁊ diutiꝰ ꝑſeuerãs ꝗ̃ʒ cerebri ĩfluxus: ideo hõ diutius viueret ſine epatis ĩfluxu ꝗ̃ʒ ſine ĩfluxu cerebri. ¶ Ex quibꝰ pʒ ꝙ abſolute plus ĩdigemꝰ cuſtodia virtutis cordis: q꞉ corde deficiẽte ſtatiʒ morit̃ hõ. 2^a cuſtodia virtutis cerebri: q꞉ illa deficiẽte deficit anhelitus ⁊ cito morit̃. 3° epatis virtute ⁊ eius defectu mors tardius aduenit. ⁊ hoc vult hic Aui. ¶ Patet 2° ꝙ virtute epatis ĩ morbis magnis indigemꝰ vt ſit robur ꝗ̃ʒ virtute cerebri: q꞉ debilis virtꝰ cerebri ſufficit ad anhelituʒ faciendũ. ¶ Pʒ 3° ꝙ virtute epatis digeſtiua indigemus fortiori in mẽbro patiente ꝗ̃ʒ virtute cordis vt pulſatili: ſed nunquã vt virtute cordis vitali. Et hec duo vltima voluit Gal. loco allegato.

Ratio q꞉ ſi eẽt debilis virtus epatis nõ poſſʒ digerere materiã morbi.

Et ſcđa quidẽ ſemita ẽ curaʒ habere operatõis mẽbro aſſociate licet non ſit principale ſicut ſtomacus ⁊ pulmo. Quapꝑ in febribꝰ cum ſtomaci debilitate aquã frigidaʒ in potu que ſit vehemẽtis frigiditatis non damꝰ. Et ſcias ꝙ dare ea pura que laxa faciũt pricipalibꝰ mẽbris ⁊ eis que ſũt corã ipſis ẽ valde timoroſum ĩ re vite.

¶ Ponit 2^m modũ quo iuuamur per virtutis mẽbri cõſiderationẽ: ⁊ dicit tria ¶ Primũ eſt ꝙ iuuamur per cognitionẽ virtutis mẽbri: q꞉ oʒ habere curã nõ ſolũ de mẽbro pricipali ſed ẽt de mẽbro qđ hʒ virtutẽ aſſociatã mẽbro pricipali: vt ſtomacus ⁊ pulmo. Nã ſtomacus preparat epati ⁊ pulmo cordi. Et hic ſumit̃ oꝑatio large ꝓ operatõe ⁊ ꝓ iuuamẽto nõ vt iuuamẽtũ. Cõtra oꝑationẽ diſtinguit̃: vt videt̃ prima huiꝰ ſũma de mẽbris. ¶ Dicit 2° ꝙ ꝓpterea in febribꝰ cũ debilitate ſtomaci nõ damꝰ aquã frigidã vt nõ deſtruamꝰ ſtomaci virtutẽ. ¶ Dicit 3° ꝙ approximare ea que faciũt laxuʒ mẽbris principalibꝰ ẽ maxime ꝑiculoſuʒ ĩ re vite. ¶ Circa partẽ p° nota ꝙ talia mẽbra ⁊ ſi nõ ſint pricipalia: tñ eoꝝ ſeruitiũ eſt neceſſariũ pricipali ad bene operãdũ. Jdeo illoꝝ nocumẽtũ mẽdiãte nocumẽto operatõis pricipalis mẽbri ita cõicat̃ toti ſicut nocumẽtũ pricipalis: lʒ ex toto nõ equalr̃. Et ideo in his mẽbris magna debet adhiberi cautela de eoruʒ cuſtodia. Et propterea laxa faciẽtia puta que valde virtuteʒ debilitant ſunt cauenda ſicut in principali diximus.

Et ſemita tertia eſt hẽre ſollicitudinẽ acuitatis ſenſus ⁊ eiꝰ hebetudinis: debet nãqʒ ſibi cauere ne mẽbris acuti ſẽſus neruoſis det medicĩas malaꝝ ꝗ̃litatũ ⁊ mordicatiuas ⁊ nocitiuas ſicut ſũt titimali ⁊ reliꝗ̃ ab eis.

¶ Ponit tertiũ mẽbruʒ: ⁊ diuidit̃ in tres ꝑtes. p° facit hoc. 2° enumerat medicinaꝝ virtutes a quibꝰ in mẽbris dictis eſt cauẽduʒ. ibi 2^a: medicinaꝝ vero. ¶ De p^a dicit ꝙ tertia via ẽ habere curã ſenſibilitatis mẽbri. ſ. acuitatis ſenſus ⁊ hebetudinis. Nã in mẽbris acuti ſenſus nõ ſunt ponẽde medicine malaꝝ quãtitatũ ⁊ mordicatiue ⁊ vomitiue ſicut ſũt titimalus ⁊ ſibi ſil'es. ¶ Ubi nota ꝙ ꝑ mẽbra acuti ſenſus nõ debemꝰ ĩtelligere mẽbra rectioris iudicij ĩ ſenſu: ſʒ mẽbra magis recipiẽtia ĩpreſſionẽ ſenſibiliũ: ⁊ ita ex leui ꝯtrario approximato apta dolere ſicut ſũt loca neruoſa ⁊ capita muſculoꝝ ⁊ os ſtomaci ⁊ pellicule oculi. Membra aũt dicunt̃ recti ſenſus tactꝰ q꞉ apta de ſenſibꝰ recte iudicare. Et hoc modo inter mẽbra noſtri corporis eſt rectiſſimi ſenſus tactus vola manus os ſtomaci ⁊ caput virge vt dicit̃ prima huiꝰ. ¶ Ex quibꝰ pʒ cã verificãs partem: q꞉ medicine ille in talibus mẽbris ex vehemẽtia doloris multa nocumẽta facerent: ⁊ ideo talia valde raro ponuntur in vlceribꝰ oculoruʒ: q꞉ plus valde nocent in vlceribus oculoꝝ ꝗ̃ʒ alioruʒ mẽbrorum.

Vide a Gentili.

Mediciaꝝ ṽo a quaꝝ datõe nobis cauemꝰ ſpẽs ſunt tres reſoluẽtes ⁊ vehemẽter ĩfriantes ⁊ ꝯtrias hñtes ꝗ̃litates ſicut flos eris ⁊ ceruſa ⁊ calcecumenõ ⁊ eis ſilia: ⁊ hoc quidẽ ẽ electõez medicie diuidere ſʒ mẽbri naturã.

¶ Nunc enumerat qualitates ⁊ diſpõnes medicinaꝝ a quaꝝ exhibitõe eſt cauendũ. Et puto ꝙ hec referat̃ ad pricipalia mẽbra ⁊ ſibi ſeruiẽtia ⁊ acuti ſenſus. Et dicitur ꝙ ſunt triũ modoꝝ. ſ. vehemẽter reſoluẽtes: fortit̃ ĩfridãtes ⁊ qualitates ꝯtrias hñtes. ¶ Nota hic ſm Dy. ꝙ per hec verba ĩtelligunt̃ medicine oẽs magnũ exceſſuʒ hñtes ĩ aliqua virtute. Et q꞉ virtutes medicinaꝝ quedã ſunt prime ꝗ̃dã ſunt ſcđe ꝗ̃dã tertie: vt dicit̃ 5° collʒ. ⁊ ĩfra in 2°: ideo dicet̃ de vehemẽter reſoluẽtibꝰ loco ſecũdaꝝ virtutũ: de vehemẽter ĩfrigidãtibus loco primarũ: ⁊ ꝯtrias qualitates hñtibꝰ loco tertiaꝝ virtutũ occultaꝝ. ¶ Aliter aũt poſſumus dicere ꝙ medicine calide ⁊ ſtiptice humide ⁊ ſicce ille nõ ſunt multũ ꝑiculoſe ipreſſionis vt ſic: ⁊ iõ de illis nõ intẽdit ſed de his que aliquo dictoꝝ modoꝝ ſũt fortes. viride aũt es eſt corroſiuũ ⁊ vehemẽter diſſolutiuũ: ⁊ ceruſa eſt vehemẽter frida: ⁊ calcecumẽ qđ eſt giſſuʒ hʒ ꝗ̃litates ꝯtrias ⁊ malas: niſi abluat̃: vnde vehemẽter dolorẽ cauſat ⁊ ꝑcipue in oculoꝝ medicis. Ex quibus oĩbus pʒ quõ debemus eligere medicinã ſm mẽbri naturaʒ.

Secũdũ vero egritudis quãtitatẽ quãtuʒ illi: verbi gratia cuiꝰ corpis caliditas egrotatiua ẽ fortis: ⁊ neceſſariũ ẽ ipſaʒ extiguere cũ medicina que ſit ĩ ĩfrigidãdo fortiſſima: ⁊ illi cuiꝰ accidẽtalis friditas ẽ fortis ẽ neceſſariũ eã tale facere cũ medicĩa fortis calefactõis. ſi vero nõ fuerint fortes: medicie debilioris qualitatis nobis ſufficiẽt.

¶ Nunc docet eligere medicinã ſm quãtitatem morbi. Dicit ꝙ medicina merito huius debet morbo proportionari. Et ideo ſi fuerit egritudo calida multũ indiget medicina fortis infrigidatõis. ⁊ ſi fuerit multũ frigida indiget medicina fortis caliditatis. ⁊ ſi fuerit leuis caliditatis: tũc medicina leuioris friditatis ſufficit ⁊ ecõtra. Et hec pars eſt nota: quoniã cũ ꝯtrariũ debet eſſe ſufficiẽs ad morbuʒ remouẽduʒ: morbus qui eſt maioris reſiſtẽtie fortiorẽ indicat offerri medicinã. ¶ Et q꞉ ſolet hic dubitari vtruʒ oĩs cura fiat per ꝯtriuʒ equalis gradus cũ morbo: põt hoc itelligi duobꝰ modis. Uno modo ꝙ illa tantũ diſtãt per contrariã qualitatẽ denomiatiue a cõplõne nãli corporis curandi quãtuʒ corpus a proprio tẽperamẽto eſt remotum. Scđo modo ꝙ effectiue ſit tãti gradus qualitatis oppoſite inductiua in tale corpus egrũ: quanto gradu illud eſt lapſuʒ: ⁊ ita dicit̃ tanti gradus effectiue ⁊ nõ formalr̃. Jtez medicinaꝝ taliuʒ effectiue: quedã ſunt effectiue tales ĩ applicatiõe vna: quedã in pluribꝰ: tũc dicẽdũ eſt ꝙ nõ ſemꝑ fieri dʒ cura per ꝯtria formalr̃ ⁊ denominatiue tãti gradus ꝗ̃ʒti ẽ egritudo. Jſtđ pʒ ex vſu practicãtiũ. ¶ Scđa ꝯcl'o nõ ſemper dʒ fieri cura per ꝯtria effectiue in gradu quo ad vnaʒ applicationẽ. pʒ q꞉ in cura egritudinũ nos multotiens remedia applicamus. ¶ Tertia ꝯcl'o: cuilibet ꝯpl'oni gradualr̃ a tẽperamento diſtanti: cura eſt faciẽda per ꝯtria ſibi effectiue equalia in vna applicatõe vel in pluribꝰ. hoc pʒ q꞉ tandeʒ oportebit per actum curatiuũ totam malam

Nota ꝙ ex parte ꝗ̃titatꝭ egritudis cognoſcit̃ quãtitas medicie magis ĩmediate ꝗ̃ʒ ex natura membri.

Pro hoc dubio recurre ad Gẽtilẽ in iſto loco ⁊c̃.

ꝯplexionẽ

UVA. BHSC. IyR_006_1

cōplexionē abijcere ⁊ ad terminū naturalem deducere.

Ex pte aūt egritudis ē vt ſciamꝰ in quo ſuoꝝ tēporuʒ ſit egritudo: verbigratia cū apoſtema ī pꝛīcipio fuerit ſuper ipſuʒ ponemꝰ qꝺ ſolū repercutiat. ⁊ ſi ī cōi ſtatu fuerit: ponemꝰ illud qꝺ ſolūmō reſoluat: ī medio aūt miſcebimꝰ vtraqʒ. Et ſi egritudo fuerit acuta: ipſa ī pꝛīcipio exiſtēte tēperate regimē ſubtiliabimꝰ: ⁊ ſi in ſtatu fuerit: in ſubtiliādo ſtudebimꝰ. ⁊ ſi fuerit ꝓlixa nō tātuʒ in pꝛīcipio ſubtiliabimꝰ: ſʒ ī ſtatu tꝑata vtemur ſubtiliatōe: lʒ ml̄tas ꝓlixaꝝ egritudinū ꝑter febꝛes ſubtiliatiuū reſoluat regimē. Egrituᵒ quoqʒ ſi ml̄te ebulliētis fuerit materie ī pꝛinᵒ eā eūabimꝰ ñ expectātes maturatōeʒ. ⁊ ſi mediocris fuerit maturabimꝰ eaʒ ⁊ poſtea eūabimus.

¶ Superiꝰ Aui. docuit eligere medicīe qualitatē ⁊ quātitatē: nūc docet eligere tp̄s appꝛoximādi qꝺ fuit tertiū: ⁊ maxīe in quo tpe de tpibꝰ moꝛbi: an hec vel illa ſint appꝛoximāda. Et puto hāc introductōeʒ iſtius ptis notā: lʒ poſſet dici ꝙ hic ex q̄ʒtitate moꝛbi variata ſm tp̄s docet eligere quātitatē medicine. Et diuidit̃ hoc reſiduuʒ capl̄i in tres ꝑtes. pᵒ facit qꝺ dictū ē. 2ᵒ reuertit̃ ad docēdū qūo medicīe q̄ʒtitas ex rebꝰ q̄ ex ſua ꝯueniētia ſignificāt ſuꝑ illud eligat̃. ⁊ hec ꝑs ꝑcedē ꝺbuit: ſʒ ē īoꝛdinatio vt dixi ſupꝛa. 3ᵒ ponit quoſdā īoꝛdinatos cañ. ī mō medicatōis ſeruādos ⁊ gnāles. 2ª ibi: cognitio aūt. ibi 3ª: ⁊ dicemus ꝙ in egritudinibꝰ. Et q̄ꝛ in eligēdo ꝯueniētē hoꝛā in admīſtratōe medicinaꝝ rōne tpis moꝛbi nō fuit facile gnāles cañ. facere: ideo tm̄ per exª. Jn hac pte pᵒ declarat qūo ex tpe iudicamꝰ de dando medicinā: imo nō ſolū de medicīa appꝛoximāda: ſed ēt de mō diete oꝛdinādē. ⁊ ſm hoc ſūt tria exª. ¶ De pª parte dicit ꝙ ex ꝑte egritudis eligimꝰ hoꝛā exhibēdi medicinaʒ. verbigr̄a in apatibꝰ calidis a pꝛīcipio appꝛoximamꝰ reꝑcuſſiua: in augmēto ꝑmiſcemꝰ reſolutiua cū iſtis: in ſtatu vero pꝛecipue quoad vltimā ꝑtem eius appꝛoximamꝰ pure reſolutiua. Et ꝓ nunc de veritate exēpli nō curo. naʒ infra in. c. de apatibus de hoc dicemus.

¶ Scꝺʒ exᵐ eſt de dieta ⁊ dicit ꝙ ī egritudinibꝰ abſolute acutis ī pꝛīcipio ſubtiliamꝰ regimē tꝑate. i. vtimur dieta q̄ abſolute vocat̃ tenuis: ⁊ ē exhibitio ptiſane oꝛdeacee: ⁊ ī eadē egritudine ī ſtatu magis ſubtiliamꝰ. Si vero egritudo fuerit ꝓlixa in pꝛinᵒ nō tantū ſubtiliamꝰ: lʒ in ſtatu ſubtiliemꝰ tēperate. i. mediocriter. Subtiliamꝰ. ſ. pluſq̄ʒ ī pꝛīcipio quāuis ēt multas egritudines alias a febꝛibꝰ ſubtiliantiū regimē reſoluat. i. deſtruat. ¶ Exēpluʒ 3ᵐ eſt de medicina euacuante: ⁊ dicit ꝙ ſi egritudo pendet a multa ebullitōe mãe ſtatiʒ a pꝛīcipio eūamus nō expectādo digeſtionē. Sʒ ſi egritudo fuerit mediocris nō vltimate malicie: pꝛius mām maturabimꝰ poſtea eūabimus. Et per hoc exēpluʒ pʒ ꝙ cōſideratio tēpoꝝ egritudis quibuſdā alijs circūſtantijs faciet nos cognoſcere vtrū hoc vel illud farmacū ſit exhibeñ. Et ſic ēt pʒ qūo eligimꝰ hoꝛā. i. tp̄s ꝓut ad egritudinē refert̃ ī quo medicīa eſt appꝛoximāda: lʒ hoc in ſpālibꝰ ſit clarius exponēdū. ¶ Circa quā parteʒ pᵒ nota ꝙ rōne tpis in ſe ꝯſiderati q̄ꝛ ſit longū aut bꝛeue nō oʒ medicinā variare dūmodo oēs diſpōnes eēnt eedē: vt ſumit̃ 3ᵒ ⁊ 4ᵒ de igenio ſanitatis. Sʒ rōne tpis vt ē tale tp̄s moꝛbi: puta pꝛincipiū aut augmētū ⁊c̄. variant̃ medicine appꝛoximāde. ⁊ hoc q̄ꝛ in talibꝰ tpibus moꝛboꝝ diuerſi ſunt moꝛbi ⁊ cāruʒ diſpōnes. Et inde eſt ꝙ Gal. nō vult tp̄s indicare de mō medicatōis niſi ſʒ ꝙ in eo īuenit̃ varia moꝛbi ⁊ cāꝝ ⁊ mēbꝛoꝝ diſpō. Ab illis qñ ſumit̃ īdicatio de qualitate ⁊ quātitate farmaci offerendi: voluit ꝙ has duas intētōes habemꝰ ⁊ tpis cōſideratio includit̃ in his: tm̄ fecit ad doctrine facilitatē diſtīguere ſʒ tꝑa: vt ſūt moꝛbi tꝑa ⁊ cañ. curatōis. Et iō facit illud Aui. hic: q̄ꝛ ſm diſpōnes dictas in moꝛbi tpibus nō variant̃ applicatōes mediciaꝝ alteratiuaꝝ: ſed variat̃ modus dietādi ⁊ appꝛoximādi medicinas eūatiuas q̄ a ꝓpꝛietate hoc faciunt. Et de iſtis dedit exēpluʒ 3ᵐ ꝙ cām verificatōis pꝛimi exēpli habemꝰ in. c. de cura apatis. ⁊ qūo hoc dictum ītelligat̃. nā nō ſemꝑ eſt in ſtatu eoꝝ taliter operādū. Sed verificationeʒ ſcꝺi exēpli habuiſti ſupꝛa in. c. ⁊ ex pª q̄rti de regimine febꝛicitātiū. Verificationē aūt tertij exēpli habes pª q̄rti. c. de cura putridaꝝ in gnāli ⁊ pª pticula affo. ¶ Sʒ dubitat̃ quare in fine ſcꝺi exēpli dixit Aui. ꝙ multas ꝓlixas egritudīes ꝑter febꝛes ſubtiliantiuʒ regimen reſoluit.

¶ Ad hoc rñdet Dy. ꝙ illud pōt ītelligi vno mō: ne videat̃ ꝙ ſolū in febꝛibꝰ ⁊ ſolū in acutis ſit vtendū ſubtiliatiuo regimīe: dixit ꝙ multas pꝛolixas egritudines ꝑter febꝛes. i. a febꝛibꝰ reſoluit regimē ſubtiliantiū: vt idropiſim paraleſim ⁊ alias egritudines. ⁊ hic modus placet mihi.

¶ Scꝺo mō pōt exponi ꝙ li ꝑter excipiat febꝛes. ⁊ rō eſt: q̄ꝛ in moꝛbis in quibꝰ expectat̃ criſis futura a lōge ī pꝛinᵒ magis ingroſſamꝰ: vt virtꝰ ſit tpe criſis ꝯſtans cū maioꝛi ſubtiliatōe que tūc erit neceſſaria. Et iō in febꝛibꝰ ꝓlixis ī quibꝰ criſiʒ expectamꝰ nō eſt a pꝛīcipio ita regimē ſubtiliādū. Et q̄ꝛ in febꝛibꝰ maxime īter alios moꝛbos accidit criſis: iō illas excipit. vel iō q̄ꝛ in febꝛibꝰ nō tātū ſubtiliamus ſicut in alijs mālibꝰ ꝓlixis egritudinibꝰ. Et iō hoc ē q̄ꝛ febꝛes ſunt cū maioꝛi diſſolutōe ꝑꝑ caliditatē ꝑternaturalē: ⁊ iō virtꝰ tantā regimīs ſubtiliationē tollerare nō pōt. Sʒ iſta expoſitio ē ambigua. Nā videt̃ ꝯcludere ꝙ in pꝛinᵒ febꝛiū in quibꝰ nō ē futura criſis: nō oʒ groſſius dictare q̄ʒ in augmēto vel ſtatu. qꝺ tm̄ nō vʒ Aui. velle vlr̄ pª q̄rti. c. de cibatōe febꝛicitātiū. Et rō q̄ꝛ caloꝛ febꝛilis ꝑter nāʒ magis coꝛrūpit cibū ⁊ debilitat digeſtiuaʒ q̄ʒ alij moꝛbi eque lōgi: iō in febꝛibꝰ erit qñq̄ʒ magis ſubtiliādum: ergo mihi placet pª expō. ¶ Circa exēpluʒ 3ᵐ nota ꝙ mā exñte multa ⁊ ebulliēte ipſa eſt mobilis ⁊ maligna ⁊ ē illa q̄ vocat̃ furioſa: ⁊ de eiꝰ remanētia in coꝛꝑe eſt timoꝛ de curſu ad aliqꝺ mēbꝛuʒ pꝛīcipale. Et q̄ꝛ ipſa ē mobilis ⁊ virtꝰ eius expulſionē facere conat̃: iō cū farmaco aut flobotomia eſt a pꝛīcipio eradicāda. Si vero mā fuerit ml̄ta ⁊ nō ebulliēs: eſt in pꝛinᵒ ſaltē minoꝛāda vt virtꝰ ſit ſuꝑ reſiduuʒ potēs. Sʒ ſi nō ē multa nec furioſa: eſt digeſtio expectāda ad hoc vt nō ſequant̃ nocumēta q̄ ponunt̃ pª q̄rti. c. all̄.

Nota ꝙ qñ dixit ebullientis duo tāgit: furioſaʒ mām ⁊ multitudinē: licet reſpectu furioſe competat eūatio eradicatiua: ⁊ reſpectu multe: minoꝛatiua: nō tm̄ illa minoꝛatiua que euacuat partē moꝛbi: ſʒ q̄ partē materiei: quare ⁊c̄.

Cognitio aūt reꝝ que ſua ſignificāt ꝯueniētia eſt ad ſciendū tibi facilis. ⁊ aer quidē qui ex eaꝝ exiſtit ſūma eſt dignioꝛ: cuius rem cuſtodiri opʒ: ⁊ an ſit medicine iuuamētuʒ pꝛeſtans an egritudini.

¶ Hic reuertit̃ ad dicendū qūo iudicamꝰ de quātitate medicine ꝑ res q̄ illud ſignificāt ſua cōueniētia: ⁊ ē ꝑs que dʒ ꝑponi ī oꝛdine: ⁊ dicit duo. Pꝛimū ē ꝙ cognitio iſtaꝝ reꝝ per quā cognoſcimus qūo quātitatē medicine merito eaꝝ ꝑmutari oʒ facilis ē: ⁊ iō nō īdiget cañ. Naʒ ſi res iſte iuuāt moꝛbū ī reſiſtēdo: tūc augēda eſt virtus medicine. ſi vero nō: nō. ⁊ ſi iuuant medicinā minuēda eſt virtus eius alijs paribꝰ. Dicit̃ 2ᵒ ꝙ aer qui ē de hac ſūma: eſt vnū qꝺ eſt magis ꝯſiderāduʒ ſi iuuat mām moꝛbi aut nām medicine oꝑantis in moꝛbū. ¶ Circa pᵐ dictū nota ꝙ res iſte vt ſupꝛa diximꝰ ſunt etas: ſexus: ꝯſuetudo: tēpꝰ: regio: virtus: aer ⁊ habitudo coꝛꝑis. Jſta aūt aſſentiūt cū foꝛti medicina appꝛoximāda ſicut etas iuuētutis ⁊ virtus foꝛtis ⁊ tp̄s tꝑatuʒ ꝯſuetudo eas ſumēdi. aut ēt diſſentiūt ſicut oppoſita iſtis. qñq̄ʒ auteʒ diſſentiūt in foꝛtitudine alterātis: imo indicāt foꝛtitudinē alterātis cū ſint diſcraſie augmētatiua: ⁊ qñq̄ʒ indicāt debilitatē cum ſint eius remiſſiua. ⁊ hec ſūt facilia ad cognoſceñ. De mō ꝯſentiēdi ī eūone vel diſſentiēdi in qua ē plus ſtudij: dicet̃ in. c. iij. ſigillatiʒ ſm vnūqꝺq̄ʒ iſtoꝝ. ¶ Circa 2ᵐ attēde ꝙ vt dicit̃ 9ᵒ de ingenio: Sine aere nō eſt poſſibile eē ſanū nec eſſe egrū: ⁊ ideo aeris alteratio eſt ꝯtinua ꝑmutatio coꝛꝑis nr̄i: ab ipſo permutatio eſt foꝛtis ⁊ foꝛte magis q̄ʒ aliaꝝ rerū extrīſecarū: ⁊ ideo īter res extrīſecas oʒ magis eius diſpōneʒ ꝯſiderare. Sʒ virtus coꝛpoꝛis multo pꝛīcipalius eſt cōſideranda: de qua Aui. non dixit q̄ꝛ eſt intrinſeca ⁊ nota.

Et ex his collige ꝙ iſte res nō ſunt pꝛincipalr̄ indicātes in electōe quātitatis medicine.

Et dicemus ꝙ in egritudinibꝰ in quibus eſt timoꝛ ⁊ non ſumus ſecuri ex defectu virtutis: ſiqꝺ facere debemus tardauerimus: aut ex eo aliquid alleuiauerimꝰ: a foꝛti medicamine pꝛimo incipere debemus. Jlle vero in quibus non exiſtit timoꝛ ſecūduʒ oꝛdinem ad foꝛtioꝛeʒ procedet ſi non ſuffecerit eis debilis.

¶ Jn iſta tertia parte pꝛīcipali ſcꝺe partis huiꝰ capl̄i ponunt̃ quidā cañ. vl̄es ſed nō oꝛdinati: ⁊ habēt aliquā particularitatē: ⁊ diuidit̃ in tot ꝑtes quot ſunt cañ. ¶ Pꝛimꝰ cañ. ē ꝙ ī egritudinibꝰ timoꝛis in quibꝰ. ſ. dubitādū ē ne infirmꝰ cito pereat ſi nō ſuccurrat̃ ei oī modo poſſibili debemꝰ īcipere a foꝛti medicamīe. ſed in illis que nō ſunt huiuſmodi timoꝛis incipiēdū eſt a debili ⁊ gradatiʒ veniēdo ad foꝛtē ſi debilia nō ſufficerēt. ¶ Nota ꝙ moꝛboꝝ qdā ſunt velociſſime actōis ad perimēdū: qdā nō tā cito ꝑimere pñt. Exᵐ pꝛimi: ſicut ſquinātia accñs in muſculis intrīſecis epigloti: q̄ꝛ illa ꝑꝑ nocumētū anhelitus qꝺ ſequitur ſubito īterficit. Jn talibꝰ ergo moꝛbis nō expectādū ī foꝛti medicatōis applicatōe aut flobotomie vſq̄ʒ ad ſincopim ⁊ attractōeʒ cū foꝛtiſſimis doloꝛibꝰ. Et pariter in apoplexia in pꝛīcipio freneſis cū foꝛtibꝰ medicis ē operāduʒ. ⁊ cā ē q̄ꝛ aliter magnū periculū nō poſſumꝰ euitare. Sʒ cū huiuſmodi timoꝛis nō fuerit egritudo: pᵒ incipiēdū eſt a debili. Qꝺ ſi ſufficit: bñ eſt. ſi nō: gradatiʒ ad foꝛteʒ veniēdū eſt. Et cā eſt q̄ꝛ nocumētū eſt in appꝛoximatōe foꝛtis medicine cū nā nō tolleret foꝛtes ⁊ repētinas mutatiōes ſine nocumēto. Vt igit̃ hoc euitet̃ incipiemꝰ a debilibꝰ: q̄ꝛ cū ad foꝛtioꝛa venerimꝰ nā erit magis aſſuefacta. Scꝺa cā ē q̄ꝛ multotiēs a pꝛīcipio egritudinē nō ita cognoſcimꝰ ⁊ pꝛecipue debilē. Si ergo a foꝛti medicina īceperemꝰ ⁊ ibi erroꝛ eſſet ſequeret̃ magnū nocumētū: qꝺ nō ſit īcipiēdo a debili vt infra dicet̃. ¶ Nota 2ᵒ ꝙ talis admīſtratio medicaminis a pꝛīcipio ē irregularis: q̄ꝛ ꝑ ipſaʒ ſit notabile nocumētuʒ: vel poſſet īcurrere ꝑiculū notabilis nocumēti. Et ſit hec admīſtratio ꝑꝑ maius ꝑiculum euitāduʒ. ſed alius modus operatōis ē regularis. Et ex hoc vide modū exponēdi illud qꝺ dicit̃ 22ª tertij de cura doloꝛis iūcturaꝝ cuʒ dicit̃: Et incipe a re foꝛti ſi nō ꝓhibeat pꝛiuatio maturitatis ⁊ groſſitudo materierū quāuis facilis ſit incolumioꝛ ⁊



UVA. BHSC. IyR_006_1

gradatio ꝯueniētioꝛ. Nam a re forti euātiua īcipiēdū ē qꝛ debilis mouet ⁊ nō euacuat ita qn multū ad locū doloꝛis fluat. fit ergo nocumētū ꝑꝑ maius euitāduꝫ: ſꝫ gradatio eſt īcolumioꝛ. Nō igit̄ incipiēdū ē a forti abſolute ſed vbi ꝯuenit: qꝛ eſt irregularis. Scđo vide ꝙ licet qñqꝫ medico ꝯ̄uium egritudini maioꝛis gradus q̄ꝫ ſit egritudo approximare: vnde multo foꝛtioꝛē facim⁹ attractiōeꝫ ad ꝯ̄uium in ſquināntia dicta q̄ꝫ ſit motus māe ad locū apoſtematis.

Preter hoc quoqꝫ tibi caue ne a rectitudine recedas lꝫ videris ꝙ ipſoꝝ tardat̄ iuuamētū neqꝫ in erroꝛe moreris: ⁊ ſi videris ꝙ ei⁹ nō appeat īpedimētuꝫ.

Affoꝛiſm⁹ ꝓpoꝛtōalis huic ſententie ē.52. ⁊ dicit ſic: Oīa ſm rōneꝫ facienti nō eueniētibus que ſūt ſꝫ rōnem nō opꝫ tranſire ad aliud manēte eo qđ viſuꝫ eſt a principio.

❡ Hic ē ſcđs cañ. ī quo dicit ꝙ nō recedas a rectitudine tui opis quāuis tuaꝝ opatōuꝫ tardet̄ effectus reſpectu ei⁹ qđ intēdis. Neqꝫ ꝓſequaris ī erroꝛe tui opis q̄uis nocumētū ei⁹ nō appeat: ⁊ ē hic cañ. ꝓpoꝛtōalis illi affo. ſcđe ꝑticule: Oīa ſm rōneꝫ faciēti. ❡ Sꝫ hic ē difficultas quō poſſum⁹ ſcire ꝙ faciam⁹ ſm rōneꝫ: ſi inde nō ſequit̄ iuuamētū manifeſtū. Nā in ꝯmēto illi⁹ affo. vbicūqꝫ cibi ꝑter nām intrāt. Gal'. dixit ꝙ ex ſuo effectu omīs futura actio ꝓ̄pꝛobat̄. huic dicit̄ ꝙ non oꝫ vt recte iudicem⁹ opationē eē ꝯueniētē ꝙ videam⁹ ſenſu ei⁹ vtilitateꝫ: ſꝫ ſufficit ꝙ in ſimili viderim⁹ ꝯtuliſſe ⁊ effectū bonū cōſequutū fuiſſe: ⁊ iō cū nō appet ī egritudine ⁊ alijs diuerſitas ab eo qđ cogitauerim⁹ facim⁹ opa ſimilia illis q̄ in ſimili diſpōne facienda eē ſciuerim⁹ ex alijs: ⁊ dicim⁹ eē recta. ⁊ ſi eoꝝ non cito appareat ſenſibile iuuamētū expectātes qđ in futuro appebit. Gutta eiꝫ cauat lapidē nō vi ſꝫ ſepe cadēdo. Et pariformiter dicēdū ē de erroꝛe cui⁹ nocumētū nōdū apparet. Oīs eiꝫ futura medici opatio appꝛobat̄ ex ſuo effectu ⁊ ex effectu quē ſcim⁹ ſibi ſil'ꝫ feciſſe: nō ꝙ ei⁹ effect⁹ expectādus ſit ī nr̄o iudicio: tūc eiꝫ prius opāremur q̄ꝫ artificial'r ſcirem⁹ nos cōueniēter opari, qđ eſt abſurduꝫ.

Hec ē ſentētia Gal. in ſcđa particula affo. ꝯmēto. xvij. ideo nota ipſi⁹ expoſitionem.

Et cū hoc ñ ſꝫ vnā medicatōꝫ cū vna tibi īſtādū ē medicia: īmo ī vna medicatōe medicinas ꝑmuta quātū ab īpo qđ ꝯſuetū ē ñ fit paſſio: ⁊ vnicuiqꝫ quidē coꝛpi: īmo oī mēbꝛo: īmo vni coꝛpi ⁊ vni mēbꝛo ī vna hoꝛa ⁊ nō ī altera ineſt ꝓpꝛietas ab vna medicia pati ⁊ ñ ab altera.

❡ Hic ē cañ. tertius q eſt coꝛrectiu⁹ erroꝛis q poſſet circa cañ. ꝑcedentē accidere. Et dicit ꝙ in vna medicatōe nō eſt inſiſtēdū cū vnica medicia: īmo ꝑmutare debes medicinas: ⁊ hoc ꝓpter duas cās. pͣ eſt qꝛ medicia qñqꝫ eſt ex nimio vſu facta ꝯſueta: ⁊ iō coꝛp⁹ nō recipit ab ipſa īpꝛeſſionē qm̄ ab eo qđ ꝯſuetū eſt nō patit̄ coꝛp⁹. 2ͣ cā ē qꝛ qñqꝫ vna medicina hꝫ ꝓpꝛietates currētes ad bñ operāduꝫ in coꝛp⁹ ⁊ qñqꝫ nō. ❡ Nota ergo pᵒ ꝙ medicatio dr̄ vna qꝛ reſpectu vni⁹ moꝛbi. Modo ꝯſtat ꝙ moꝛb⁹ exñs vnus variat̄ in diſpōnib⁹ ſuis ⁊ in mō cure ⁊ ēt cā: vt pꝫ in ꝓceſſib⁹ āpātis a pꝛīcipio vſqꝫ ad declinatōeꝫ ⁊ ī ꝓceſſu fe. putride. Ex hoc patet ꝙ moꝛb⁹ vnus variat̄ ſm diſpōnē cāe: ⁊ in ſe quoad intēſionē ⁊ remiſſionē ſui ⁊ ſuoꝝ accidētiū. Ex quo pꝫ ꝙ in vna medicatōe medicine ſunt permutāde qñqꝫ in quāto: qñqꝫ in quali. Pꝛecipue tñ mutant̄ in quāto medicie q̄ ꝓ moꝛbi cura ſimpl'r exhibent̄. Nā aliā appꝛoximam⁹ in pꝛinᵒ: aliā in ſtatu: aliaꝫ ī declinatōe. ſed hoc nō erat de mēte Aui. vt pꝫ in aſſignatōe cāe. ſimil'r ēt ꝯtingit appetitū infirmi ꝑmutari ⁊ reꝫ vnā ſibi fieri abhominabilē: ⁊ tūc erit ꝑmutāda medicina. Sꝫ id qđ vr̄ Aui. velle eſt ꝙ ſtante eadē moꝛbi ⁊ ſuaꝝ cāruꝫ ⁊ accñtiuꝫ indicatōe ⁊ ſimili īfirmi appetitu multotiēs in vna medicatōe nō eſt ſolū ſuꝑ vno medicamīe ſtandū: ⁊ ꝑcipue cū egritudo fuerit cronica: ⁊ illud medicamē fuerit aſſuefactū: ⁊ videam⁹ medicinas nō manifeſte ꝓdeſſe vt ī caſu dicit̄ īmediate ꝑcedenti: īmo ꝙ his ſtantib⁹ multotiēs eſt medicina ꝑmutanda. ❡ Nota 2ᵒ ꝙ hec mediciaꝝ ꝑmutatio pōt intelligi quo ad quantitatē vel quo ad q̄litatē. vel 3ᵒ quo ad nām vel ſpecificā nām medicine: lꝫ gradus potētia ⁊ qualitas nō permutent̄. verbigr̄a: ſi pꝛīo appꝛoximabat̄ diafinicon mō appꝛoxiabis mixtiōeꝫ ad electuariū de ſucco roſaꝝ ⁊ de electuario īdō ita vt eque ſit tā cole q̄ꝫ flegmatis euātiua ſicut diafinicō. ⁊ ſi pꝛius dabā ad alterādū aromaticū roſatū: poſtea dabo diamuſcū: aut loco ei⁹ turbit. Et tūc pꝫ ꝙ tā moꝛbo q̄ꝫ cā q̄ꝫ accñtib⁹ ⁊ virtute cū extrinſecis ſil'r indicātib⁹ nō dꝫ fieri ꝑmutatio ī q̄ꝫtitate vel ī q̄litate: qꝛ ſtātib⁹ eiſdē a qbus īdicatio ſumit̄ nō dꝫ medicatio variari. ⁊ hoc vt Hyp. 2ͣ ꝑticula affo. illo affo. Oīa ſm rōneꝫ faciēti. Et idē ītēdit 2ᵒ ꝓnoſticoꝝ vituꝑans ꝑmutatōeꝫ mediciaꝝ. ſꝫ tñ oībus iſtis īdicatiōib⁹ ſtātib⁹ oꝫ fieri qñqꝫ ꝑmutatōeꝫ medicie 3ᵒ mō. ſ. quoad nāꝫ ſpecificā medicie lꝫ ñ quoad q̄ꝫtū vel q̄le ⁊ maxīe cū manifeſtū iuuamētū ñ ꝑcipit̄: tūc eiꝫ due cāe ī lr̄a aſſignate locū hñt. ❡ Sꝫ tūc cadit dubitatio đ cōſuetudīe. Utrum ꝑꝑ ipaꝫ ꝯſuetudinē medicie min⁹ patiat̄ coꝛp⁹: đ q̄ vide ī illo affo. Et multo tp̄e aſſueta. Et qñō ꝓpꝛietates ſūt currētes nō tm̄ ſm ſpēꝫ: ſꝫ in ꝯparatōe ad indiuiduū ſuꝑ affo. allegato.

Uide hoc a Gētili clarius in hoc paſſu.

Cum auteꝫ ignoꝛas que ſit egritudo relique eaꝫ nature ⁊ non ꝓperes: quoniā aut natura ſuperabit egritudineꝫ aut ipſaꝫ manifeſtabit.

❡ Hic ponit aliuꝫ cañ. dicēs ꝙ cū ignoꝛas egritudineꝫ nō ꝓperas ad opandū: ſed relinque eā nature: quoniā aut nā curabit aut manifeſtabit eā tibi. Sꝫ iſte cañ. videt̄ ꝯ̄dicere ei qđ dicit̄ pͣ q̄rti de cura putridaꝝ in gn̄ali. ſ. cū dicitur: Cū ignoꝛas egritudinē ſubtilia regimē. Subtiliare eiꝫ regimē ē aliqd facere. ❡ Huic dicit̄ ꝙ ignoꝛare egritudinē intelligit̄ duob⁹ modis. Uno mō ꝙ oīo gen⁹ egritudinis ignoꝛetur. ⁊ iſto caſu nihil eſt agenduꝫ ſicut hodie multotiēs accidit ꝙ a rure poꝛtat̄ vrina nō īdicās de moꝛbo: aut ille q poꝛtat nihil ſcit aut nihil vult dicere: ⁊ in illo caſu dicit nihil agēdū. Multotiēs eniꝫ ſūt multa accñtia cognita: ſꝫ adhuc egritudo quoad gen⁹ ⁊ cām ignoꝛat̄: vt ſtāte doloꝛe ſub coſtis: ignoꝛam⁹ qñqꝫ an ſit pleureſis aut vētoſitas. ⁊ in iſtis caſib⁹ ſunt debilia quedā appꝛoximāda que faciēt ad manifeſtāduꝫ moꝛbū: ⁊ dicunt̄ a medicis medicia tēperatiua: ſicut hic calefactionē appꝛoximam⁹: ſed foꝛtia dimittim⁹. Qñqꝫ aūt cognoſcit̄ genus egritudinis ſed non cognoſcit̄ ſpēs: vt qñ ſcis ꝙ ſit febꝛis putrida ſꝫ neſcis cui⁹ ſpēi: vt vtrū ꝯtinua vel īterpollata quartana aut tertiana. Et in iſto caſu multa ꝯueniūt q̄ ex genere indicant̄. Et in hoc caſu dixit Aui. pͣ quarti ſubtiliādum eē regimē: īmo in ſimili caſu fiūt cliſteria vētris ſolutiōes ⁊ flobotomie: qñqꝫ multa q̄ ex hoc qđ ē putrida indicant̄ ī pꝛinᵒ q̄cūqꝫ fuerit nā ei⁹. Et ſꝫ cōeꝫ modū exponēdi Aui. ītelligit hic 2ᵐ modū. ſ. ꝙ nō ſit vtēdū medicaīe foꝛti euātiuo ſed tētatiuo: qꝛ iſta faciēdo aut nā vicit aut māifeſtat.

Cūqꝫ egritudo doloꝛi cōiuncta fuerit aut cauſe doloꝛis aut a quo pꝛouenit doloꝛ ſicut eſt percuſſio aut caſus: incipies ſedare doloꝛem.

❡ Hic ponit cañ. dicēs ꝙ cū egritudo fuerit ꝯiūcta doloꝛi aut cauſis doloꝛis aut rei a qua ꝓuenit doloꝛ: pᵒ doloꝛ eſt ſedādus. ❡ Ubi nota pᵒ quātū ꝓpoſito ꝑtinet cōtingit egritudinē ꝯiūgi cū doloꝛe. vno mō qꝛ doloꝛ ſit ei⁹ accñs ſicut ꝯiungit̄ cū ſolutōe ꝯtinuitatis ⁊ cuꝫ āpāte aut cū tertiana doloꝛ capitis. 2ᵒ modo qꝛ doloꝛ ab alia cā ꝓueniat: vt ſi ꝯiūgunt̄ colica ⁊ febꝛis aut calculus ⁊ febꝛis. 3ᵒ mō ꝙ ſtante moꝛbo ſuꝑueniat cā extrīſeca doloꝛeꝫ faciens ſicut ꝑcuſſio. Et hec tria voluit dare ītelligi Aui. in ſua replicatōe verboꝝ. ❡ Nota 2ᵒ ꝙ cā verificās cañ. eſt qꝛ doloꝛ eſt de maxīe ꝓſternētib⁹ virtutē. Et etiā exacuit reuma ⁊ facit fluxū humoꝝ: ⁊ ideo videt̄ hēre cañ. rōnem qꝛ ſine ei⁹ cura reliqua egritudo curari nō pōt: aut magis ꝑiculoſe ſaltē curat̄: ⁊ iō ab eius remotiōe eſt incipiēdum.

Et dicit ſedādus qꝛ nō dꝫ oīno remoueri ſed ſedare ipſaꝫ poſtea intēdere egritudini.

❡ Sꝫ ꝯ̄ hoc videt̄ eē illud qđ dicit̄ pͣ quarti de cura putridaꝝ in gn̄ali cuꝫ dicit̄: Et ſcias ꝙ cū aggregant̄ doloꝛ capitis ⁊ febꝛis: tūc cura febꝛis eſt dignioꝛ. ❡ Dicēdum ē ꝙ doloꝝ quidā ſunt leues: vt doloꝛes febꝛes ꝯſequētes in augmēto ⁊ diminutōe ſua: ⁊ iſti curāt̄ cura febꝛis. ⁊ cura febꝛis ē dignioꝛ vt Aui. ibi dicit. Sꝫ qñqꝫ doloꝛ eſt foꝛtis ⁊ tunc pᵒ ſedari debet vt eodeꝫ loco ſtatim ſubdit̄. Et ſcias ꝙ doloꝛ capitis quādoqꝫ alias foꝛtaſſe facit redire febꝛem declinatā ad augmētuꝫ: quare oꝫ vt ſedet̄: ⁊ ita hic intelligit̄ de foꝛtibus doloꝛibus.

Et ſi tibi neceſſe fuerit ſtupoꝛeꝫ inducere non tranſcendas tale quale eſt papauer albū: quoniā cū ſuo ſtupoꝛe eſt etiaꝫ domeſticuꝫ.

❡ Ponit aliū cañ. dicēs ꝙ ſi eſt neceſſe ſtupoꝛē īducere non trāſcendas tale quale eſt papauer albū: qm̄ cū ſua ſtupefactōe eſt domeſticū. ❡ Nota ergo ꝙ iſte cañ. cōiter ītroducit̄ tanq̄ꝫ coꝛrectiuus erroꝛis potētis ꝯtingere ex ꝑcedēti. Docet eiꝫ cū oꝫ doloꝛē ſedare per ſtupefaciētia nō trāſcēdere papauer albū. ❡ Et hoc mō ītroducēdo cadit dubiū. Nā Aui. ꝑcepit ī doloꝛib⁹ qñqꝫ opiū admiſtrare: qñqꝫ mādragoꝛā q̄ ſūt multū foꝛtioꝛa q̄ꝫ papauer. ❡ Huic rñdet̄ dupl'r. vno mō ꝙ hic dr̄ regul'r operando. Modo quādo Aui. docet foꝛtioꝛa appꝛoximare dico ꝙ eſt coacte. Naꝫ ſemꝑ eſt cū notabili nocumēto virtutis. ❡ Uel 2ᵒ cū dicit̄ ꝙ non debem⁹ trāſcendere papauer albuꝫ: intelligit̄ ſolum aut ſimpl'r adminiſtrādo. Sed in cōpoſitionibus cuꝫ coꝛrectiuis adminiſtram⁹ dicta foꝛtioꝛa. ſ. opiū qđ non in ſua ſimplicitate adminiſtrat̄.

Nota ꝙ ſūt q̄dā medicie que vere ſedant doloꝛē. ⁊ ſūt ille que hñt ſubſtātiaꝫ ſubtilē cuꝫ caliditate in pꝛio: ⁊ iſte auferūt doloꝛeꝫ vel minuunt cāꝫ doloꝛis. Alie ſūt que ñ vere ſedāt doloꝛē ſꝫ moꝛtificāt ſenſuꝫ mediāte ſua intēſa frīditate ſtupefaciēdo mēbꝛū: ſed tu latius hec vide a Gal. quito de ſimplici medicina. c. xx.

Cūqꝫ vehementiā caloꝛis mēbꝛi tibi nocumētuꝫ fecerit nutri ex eo qđ ſanguinē vehemēter ingroſſat ſicut frumētū coctū. Et ſi ex hoc quidē regimie nō alleuiabit̄ nutri cū īfrigidātib⁹ ſicut lactucis ⁊ eis ſimilib⁹.

Uide a Gētili in loco ꝓpꝛio qui dat tertiam rationē.

❡ Hic ponit aliū cañ. ⁊ dicit ꝙ cum vehemētia caloꝛis mēbꝛi tibi nocumētū fecerit: tūc debes nutrire cū reb⁹ vehemēter ſanguinē īgroſſantib⁹ ſicut eſt frumētū coctum. Et ſi hoc nō ſufficit: tūc nutriēdus ē eger cū infrigidātib⁹ ſicut lactucis ⁊ ſimilib⁹. ❡ Circa queꝫ cañ. nota ꝙ vehemētia caloꝛis mēbꝛis nocumētū facit maxīe attrahēdo humoꝛes ad locū: ⁊ qꝛ groſſus ſanguis difficili⁹ attrahit̄ q̄ꝫ ſubtilis: iō danda ſunt ſanguinē īgroſſantia. ❡ Nota 2ᵒ ꝙ infrigidātia foꝛtius ꝓhibent̄: ⁊ iō cū iſta nō ſufficiunt: dam⁹ īfrigidātia. ❡ Cā aūt quare ab īgroſſantib⁹ poti⁹ īcipim⁹ q̄ꝫ ab īfrīdātib⁹: eſt qꝛ cibi īgroſſatiui ſūt cibi ⁊ vt ſic nō hñt rōnē medicie. Et qꝛ poſſum⁹ cū reb⁹ cibalibus cibare

Quidaꝫ text⁹ hñt vehemētiā ſēſus mēbꝛi ⁊ ītellige ꝑ vehementiā ſenſus mēbꝛi acutiſſimum ſenſum oꝛis ſtōaci leſi a colera defluēte ad ipm vel a cibo vel potu colerizato in ſtomaco pꝛe nimio caloꝛe

UVA. BHSC. IyR_006_1

cibare meliꝰ ꝙ̃ cũ medicinalibus: ⁊ iõ ab iſtis incipimus.

Et ſcias preterea ꝙ ex ꝯgruis medicatõibus que cõferunt ẽ iuuamẽtũ qđ fit ex eo qđ virtutes ꝯfortat animales ⁊ vitales ſicut leticia: ⁊ obuiare ei qđ ſibi placet: ⁊ aſſidue ſedere cuꝫ eo cum quo gratulaẽ: qñqꝫ etiaꝫ confert ſedere cũ eo a quo verecũdaẽ ⁊ queꝫ erubeſcit: quoniaꝫ egrũ ꝓhibet a rebus que ei nocent.

acuitatē ⁊ laborē expulſiue. Et per viā inteſtini itelligim⁹ nō ſolū cōcauitatē inteſtini ſꝫ ſtomaci etiā q: ē via ad inteſtinū. Cauſa aūt eius ē multiplicatio corruptiōis digeſtionis ⁊ materierū corruptarū ī venis ⁊ fortitudo expulſiue venarū ⁊ debilitas inteſtinorū ⁊ ſtomaci quib⁹ trib⁹ cōiūctis accidit ꝙ fiat multiplicatio materiei corrupte ī venis: deinde ꝙ nā forti motu īſurgat ad expellēdū: 3° ꝙ ad ſtomacū ⁊ inteſtina tāquā debilia expellat. Ex quib⁹ pꝫ ꝙ pati colirice paſſiōi ꝓhibētur ab eūatione ꝑcipue per ſeceſſum aut vomitū: q: in illis ē ꝑiculū ſuperabūdātis fluxus aut vomit⁹ ⁊ accidentiū malorū que ī ea īueniunt vt potes legere 16ª tertij. c. de fluxu vētris. oīuꝫ modorū maxie ꝓpter fortē motū ⁊ ſubitū conatū quē in iſtis ē parata facere expulſiua mēbrorū: vn̄ qn̄qꝫ quaſi ſubito pereunt ⁊ īcidūt ſincopim ⁊ acutiſſimos dolores. ¶ Nota 2° ꝙ pati ad ſpaſmū qdā ſūt parati ad ſpaſmū de repletōe: qdā aūt ad ſpaſmū de inanitōe. Et p̄mi q: hn̄t multas hūiditates ⁊ neruos debiles ad reſiſtēdū mēbris trāſmittētib⁹. ⁊ ī iſtis eſt timor de eūone ne agitato humore currat ad neruos. Alij aūt hn̄t ſubſtātiā neruorū reſolubilē ⁊ ꝯſūptaꝫ paratā ꝯbi ex pauca eūone. ⁊ in iſtis eſt clara cā timoris. Qui etiā hn̄t neruoſa mēbra nimis ſenſibilia vt ſtomacū ſunt parati cadere in ſpaſmū nō ꝓportionatū ad mām. In iſtis ergo q: ſpaſmus cuiuſcūqꝫ modi eſt accn̄s valde maluꝫ: ꝓhibent eūones ille precipue per quas timeret de caſu in ſpaſmuꝫ ⁊ īdicat eaꝫ ꝓhiberi niſi ſit aliud forti⁹ indicās ꝯriuꝫ.

Et fit potiſſime tūc iſta paſſio qn̄ mala mā generat in ſtomaco vnde mēbra renuunt ⁊ mittitur ad ſtomacū ⁊ inteſtina vnde fit vomitus ⁊ flux⁹ vētris.

Etas p̄terea ēt q nōdū ad augmēti ꝯplemētū puenit aut ad ꝯſūptōis terminū ē trāſiēs ab ea prohibet.

¶ Hic docet ex etate dicēs ꝙ etas que nōdū ꝑuenit ad finē augmēti: ⁊ etas que trāſit ad terminū conſumptiōis ſicut decrepitas ābe ꝓhibēt ab euacuatōe. Et cā q̄re etas pueritie ꝓhibet ab eūatiōe ē multa reſolutio ſuorū ſpirituū. precipue tn̄ ꝓhibet a flobothomia cuꝫ ſanguis facile paratus ſit reſolui ī eis. decrepitas autē etas ꝑꝑ virtutis ꝺbilitatē. Attēde tn̄ ꝙ ſupra .14. ānū ꝯcedit flobothomia: ⁊ tūc nōdū ꝑuenerūt ad finē augmēti. Similiter ī decrepita etate ꝑꝑ pleureſiꝫ aut ꝑiplemoniā cōcedit: vt Raſis 7° cōtinētis. ⁊ narrat Auer. ꝙ ꝯoar flobothomauit filiuꝫ triū ānorū. Ex quibus elicias ꝙ nō ita ꝓhibetur ꝙ nullo modo ī eis ſit faciēda: ſed nō fit niſi forti cā indicāte: ⁊ tūc fit minor ⁊ leuior q̄ꝫ in alijs etatibus ceteris paribus.

Et idem dicit Gal. xj. terapētice. c. iij.

Sicut fecit Auenzoar vt refert Auerrois qui flobothomauit filiū triū vel quattuor annorum.

Hora quoqꝫ multum calida aut multuꝫ frigida ab ea prohibet.

¶ Hic docet ꝑ regimē hore ſiue tpis iudiciū illud rectificare dicēs ꝙ hora multū calida ⁊ multū frigida ꝓhibet ab eūatiōe. ⁊ dicit in affo. quarte ꝑticule. Sub cane ⁊ āte canē. de farmaco tantū. ſed de flobothomia ⁊ vomitu nō ē verū. nā ī hora multū calida timet de nimia reſolutiōe. ⁊ in hora multū frida humores ſunt ꝯgelati īepti eūatiōi. ⁊ ratio que eſt de regiōib⁹ fere eſt de hora.

Et regio quidē meridionalis vehemēter cal'a ab ea ꝓhibet qm̄ plurima eorū q̄ ventrē ſoluūt ſūt cal'a: ⁊ duarū acuitatū ꝯiunctio tollerari nō pōt qm̄ virtutes ī eis ꝺbiles erūt ⁊ diſſolute: ⁊ q: exterior calor materiā ad exteriora trahit ⁊ medicina ipſaꝫ trahit ad iteriora: q̄re ide ꝓuenit in diuerſas ꝑtes ꝓtractio ⁊ ad reſiſtētiaꝫ perducit: ⁊ ſeptētrionalis multū frigida ab ea prohibet.

¶ Hic docet rectificare iudiciū euacuatōis ꝑ cognitōeꝫ regiōis dicēs ꝙ regio meridionalis multū calida ꝓhibet ab eūatione. ſ. cū farmaco ꝑꝑ tres cās. Prima q: farmacū calidū ē ⁊ ſiccū ⁊ cōiunctio duarū acuitatū nō pōt tollerari. Scḋa ē q: in iſtis regiōib⁹ habitātes ſūt debiles ⁊ diſſoluti ꝓpter multā euaporationē. Tertia ē q: aer calidus trahit ad exteriora: ⁊ farmacū trahit ad iteriora. ⁊ iſtꝺ ꝑducit ad reſiſtētiam q:. ſ. reſiſtit humor euacuatiōi magiſqꝫ ſi nō traheret ad exteriora: ⁊ ſic impedit farmaci operationē. Et addit ꝙ regio multū frigida ꝓhibet ēt ab ea ⁊ nō aſſignat cās: ſed ſunt ꝑdicte cū dixit de hora. Et tu ēt itellige ꝙ iſta ꝓhibitio pōt habere cām oppoſitam maiorem ſc: vnde fieret eūatio ſꝫ nō ex toto regularis.

Vide Gal. in cōmento preallegati affo. ſ. ſub cane ⁊c.

Parua quoqꝫ eūandi ꝯſuetudo ab ea prohibet.

¶ Hic docet iudiciū de eūatione ſumptū a cōſuetudine que ſupra dicit. Et dicit ꝙ parua cōſuetudo euacuādi ꝓhibet eūationē. ¶ Sꝫ arguit cōtra q: parua conſuetudo eūatiōis ſignificat multā repletionē: ſꝫ ꝓpter multā repletionē fiēda ē euacuatio: ergo ꝑua cōſuetudo euacuādi indicat eē eūationē fiēdaꝫ. ¶ Hic rn̄det ꝙ parua cōſuetudo euacuādi merito ſui nō cōiuncta cuꝫ alio indicāte euacuationē īdicat eūatiōeꝫ ꝓhiberi: q: cōſuetudo indicat ꝺ ſui ꝯſeruatiōe ſicut res nālis: vt pꝫ in illo affo. Scḋꝫ multum ⁊ repēte. ⁊ ꝑcipue in cōmento. Sꝫ qn̄qꝫ ꝑua cōſuetudo euacuādi cōiungit cū alio merito cui⁹ īdicat eūatiōeꝫ fieri oportere vt ſi cōiungat cū malo regimie vt ī ſuꝑflue ſe replēte. ⁊ ſic parua cōſuetudo eūandi ſignificat eūatiōꝫ ꝑ quāto cū illo ſignificat repletionē. verūtamē ēt īquātū ē cōſuetudo ī cōtrariū ſignificat nō fieri: ⁊ iō non tā fortiter eūamus īconſuetos: ſed ī pluribus vicib⁹. ¶ Nota tn̄ īcidēter ꝙ ꝯſuetudo euacuādi aut cū flobothomia aut cū alio tn̄ nō ſignificat corp⁹ cū ſimili tpe debere euacuari ſi permutet regimē ad id qꝺ prohibet aggregari multitudinē: ⁊ maxime de flobothomia vult hic Gal. ꝙ ꝯſueti flobothomari nō ideo ſunt flobothomādi q: cōſueti ſed q: ſimili cā ꝑcedente que preceſſit, al's q: in regie facta ē repletio in alijs euacuatiōibus forte nā ex cōſuetudine fit pigra ſine adiutorio ad euacuādū: ⁊ ſic illa cōſuetudo poteſt ſignificare plenitudinē per aliud.

Ad hoc ꝓpoſitū multuꝫ facit ſentētia Gal. i cōmēto afforiſmi. xlix. ſcḋe particule. ſ. Aſſueti ⁊c.

Ars etiā qua multa fit euacuatio ſicut ſeruiēdi in balneo ⁊ onera dorſo deferentiuꝫ ab ea prohibēt ⁊ ad vltimuꝫ omnis ars laborioſa.

¶ Hic docet ſumere rectificationē iudicij ī eūando ab arte. Et vult ꝙ ars per quā fit multa corꝑis euacuatio ſicut ars ſeruiēdi in balneo. ſ. ī ſtuffa ⁊ ars portandi onera ī dorſo prohibet ab euacuatiōe. Similiter oīs ars multi laboris: q: oīs talis ſignificat paucitatem humoruꝫ. Alique tn̄ tales ſignificant corpora eē debilia vt ars ſeruiēdi in balneo: ⁊ aliqua fortia vt ars portandi.

Scias p̄terea ꝙ intētio in oī eūone ē vna quiqꝫ rerū.

¶ Vſqꝫ ad p̄ntem ꝑtē Aui. dedit can̄. de quādo ſiue ꝺ tēpore eūationis. ⁊ ſūt illi ꝑ quos cognoſcitur corꝑis diſpō: an requirat ⁊ tolleret euacuatōeꝫ: aut nō per debitā conſiderationē decē rerū iam dictarū. ¶ Hic ponit can̄. ꝺ mō eūatiōis. i. de cōditionibus obſeruādis circa euacuationē ⁊ intētiōibus hn̄dis tā de qualitate q̄ꝫ ꝺ quātitate ⁊ loco eūationis. Et diuidit ī duas. p° ponit numerū itentionū hn̄darū ī eūatione. 2° exequit circa illas ponēdo can̄. 2ª ibi ꝓpe: aut euacuatio illi⁹. Primo dicit ꝙ in oī euacuatione intētio ē vna quinqꝫ rerū. ¶ Vbi nota ꝙ Aui. vult ꝙ ī oī euacuatione fiēda artificial'r oꝫ cōſiderare iſtas qnqꝫ res īmo eas intēdere opꝫ quas ipe narrabit ſm̄ modos quos ipe ſpecificabit: ⁊ ſunt ſpēs hūoris ſiue malitia: declinatio ei⁹ ad partē corporis: diſpoſitio mēbri per qꝺ fit aut fieri dꝫ euacuatio: tēpus euacuatiōis in comꝑatiōe ad ꝑparatōeꝫ hūorū ad exitū ⁊ quātitas eūandi. Nā eūatio ſꝫ Gal. ē totā a corꝑe educēs humorū ſubſtātiam: vt 3° tegni. Primo ergo q: id qꝺ a corꝑe educit dꝫ eē p̄ter nām: aut actu aut ꝓpinqua potētia: ⁊ oē tale ē nociuū oꝫ ꝙ cōſideret humorū malitia. Scḋo q: humor malus qn̄qꝫ ē ineptus eūationi: oꝫ ꝙ cōſideret aptitudo. Tertio q: dicit totā ſubſtātiā educēs: oꝫ ꝙ cōſideret quātitas educēdi. Quarto q: per aliquā viā dꝫ eūari: oꝫ ꝙ cōſideret ſi hūor a nā ad aliquē locū vel viā ꝺriuat ⁊ ſic mot⁹ hūoris. Quinto oꝫ cōſiderare mēbrū per qꝺ fiēda eſt euacuatio. In illa ergo euacuatiōe bene artificialiter facienda poſſumus aliquod iſtoruꝫ negligere.

Aut euacuatio illius qꝺ eſt eūandum ⁊ ſequit ipſum proculdubio trāquillitas niſi ꝙ receptaculorū laſſitudo ipſuꝫ ſequatur aut caliditatis ebullitio aut febris effimera aut alie egritudines que comitantur ſicut excoriatio quā ventris ſolutio in iteſtinis facit: aut vlcera que vrine prouocatio in veſica facit: ⁊ hoc quidē licet iuuamentuꝫ ꝯferat. eius tamē vtilitas nō ſentitur: īmo quādoqꝫ preſential'r dolet donec accidens remoueat.

¶ Hic exequit ⁊ diuidit ī quinqꝫ. Primo oñdit que ſit ītētio hn̄da ī malitia hūoris eūandi. Scḋo que ſit intentio ī declinatiōe humoris ad aliqꝺ mēbrū. Tertio que ſit itētio hn̄da ī membro ꝑ qꝺ fit eūatio. Quarto que ſit intētio ī diſpōne humoris quo ad obediēdū eūationi. Quinto que ſit intētio ī quātitate hūoris eūandi. 2ª ibi: ⁊ ſcḋa. 3ª ibi: ⁊ tertia. 4ª ibi: ⁊ quarta. 5ª ibi: oīs p̄terea eūatio. ¶ In prima parte vult iſtā cōcl'onē. In eūando oꝫ intēdere ꝙ euacuet humor nociuus ita vt ſit dign⁹ euacuari. ¶ Probat ſic: illū hūorē debem⁹ euacuare ad cuius eūationē ſequit trāquillitas: ſꝫ ad eūonem hūoris digni euacuari ſequitur trāquillitas: igit ⁊c. verū ē tamē hoc dicit Aui. niſi ꝓpter eūationē hūoris ſequat accidēs aliud ſicut laſſitudo receptaculorū: aut ebullitio caliditatis: aut febris effimera: aut excoriatio quā aliqn̄ facit fluxus ventris: aut vlcus in vijs vrine: qꝺ fit dum ꝓuocat vrina aliqn̄. Nam ī iſtis caſib⁹ lꝫ eūatio afferat iuuamētum tn̄ non ſentit ei⁹ vtilitas: ſed qn̄qꝫ dolet principal'r donec remoueat accidēs illud. ¶ Nota ergo p° ꝙ inter cetera que in humore eūando ꝯſiderant ē qualitas eius. Et hec regula ꝺ qualitate humoris eūandi: ē ſn̄ia affo. prime ꝑticule. In perturbatiōibus vētris ⁊c. ¶ Scḋo nota ꝙ duob⁹ modis cōſiderat q̄litas hūoris eūandi. Vno mō ſpāliter queadmodum dicim⁹ hūorē aliquē calidū aut frigidū aut putridū: ⁊ ſic de alijs ſpālibus denomiatiōib⁹. Scḋo mō ꝯſiderat qualitas gnāl'r inquātū humor ē nociuus aut cōueniens ⁊ hoc ex quocūqꝫ capite fuerit nociuus ſiue ꝓpter qualitatē ſiue ꝓpter quātitatē. ⁊ hoc mō loquit hic Aui. ⁊ Hy. loco allegato. Et hoc maxie pꝫ q: etiā de flobothomia hic itellligit que principal'r cōuenit peccato humorū ī quāto. vn̄ humor peccās in quali ſpāli ē humor qui cuiuſcūqꝫ eēt quātitatis tamē ē in ſpāli nociu⁹. peccās aūt in quāto ſpeciali

Et nō ſolum hoc verificat de eūatione artificiali per medicinā: ſꝫ ēt de euacuationib⁹ ſpontaneis ⁊ per nām: vt vult idē Hyp. in codeꝫ affo. allegato a magiſtro.

UVA. BHSC. IyR_006_1

ciali ē qui dato ꝙ eēt alteriꝰ qualitatis ſtante quātitate ī eo loco vbi nūc ē eēt nociuus. In quāto aūt gnāli peccat oīs humoꝛ malus quātꝰ ⁊ ī quali gnāli ſilr. Et iō quilibet peccās ī quāto peccat ī quali ſaltē gnāli. Et quilibet peccās ī quali peccat ī quāto gnāli. Sꝫ nō eſt incōueniēs aliquē hūoꝛē in foꝛte nūc peccare ī quāto ſpāli ſuꝑfluo ⁊ qui a caliditate ſuꝑflua ꝑ totā hoꝛā calefiet ⁊ augmētabit̃ ⁊ ī fine peccabit ī quātitate diminuta ⁊ caliditate diminuta.

¶ Tertio nota ꝙ Aui. dicit vnam intētionē circa hoc ꝙ euacuet̃ hūoꝛ qui ē eūandus ⁊ nō dicit peccans ī quali. ⁊ iō Hypo. loco allegato dixit: qualia oꝫ purgari. ⁊ ratio ē qꝛ nō quilibet hūoꝛ peccās ī quali ſpāli notabili peccato ē dignꝰ eūari queādmodū ē de ſanguine colerici aut flegmatici febꝛiētis tertiana pura cū paucitate ſanguinis ⁊ īflāmatione colere: aut quotidiana de flegmate crudo cuꝫ ſanguīs paucitate. Ille eīm ſanguis ita peccat cū ſit pꝛeternālr calidus ꝙ eo mediante defert̃ ad mēbꝛa febꝛis: tñ nō ē eūandus. Et iō dicit Aui. ꝙ intētio ē euacuare illuꝫ qui peccat ſi ſit eūandus: īmo cōcedēdū ē ꝙ eſt aliquis humoꝛ peccās peccato īferente nocumētū moꝛtale ꝗ tñ ſi poſſet euacuari abſqꝫ alio humoꝛe ⁊ ſpū nō eſſet eūandus. ⁊ multa talia vide pª affo. affo. 2º. Ex his ꝯpꝛehendit̃ inſufficiens illoꝛum poſitio qui dicunt omēꝫ humoꝛem peccantem ſi non fieret alteriꝰ euacutio eſſet dignū euacuari: īmo peccās etiā peccato incoꝛrigibili multotiēs non eſſet euacuandus qñ ibi non eēt melioꝛ: vt multotiēs de lepꝛa accidit in ſanguīe. Ex his ēt apparet verificatio antecedentis ſcḋi. Nā ſi humoꝛ ita peccat vt ſit dignus eūari: tunc pꝛeſentialiter nocumētū remanētie eſt maius iuuamēto. ⁊ iō ꝑ remotionē eiꝰ niſi aliud accñs eueniat remouet̃ plus de nocumēto: ⁊ ꝑ ꝯſequēs infirmꝰ alleuiat̃ a ſuis nocumētis. ⁊ hoc ē qḋ Aui. vocat hic trāquillitatē. Hyp. aūt loco allegato dixit: conſerētia ⁊ addidit bonā tollerātiā: qꝛ duꝫ nō euacuat̃ niſi ſit dignus eūari: iuuamētuꝫ eſt maius nocumēto ⁊ nocumētuꝫ nō eſt notabile: ⁊ iō bñ tollerat̃ qꝛ infirmꝰ non multū debilitat̃. ¶ Ulterius nota ꝙ lꝫ nō euacuet̃ humoꝛ dignus eūari: tñ multotiens accidit ex alia re ꝯiuncta cū tali eūone nocumētū occultās iuuamētuꝫ euacuatōis illiꝰ: vt in caſibꝰ narratis ab Aui. in lr̃a. Nā multotiens cū maligno humoꝛe eūatur bonus aut reſoluunt̃ ſpūs vñ mēbꝛa q̄ ſunt receptacula relaxant̃ ⁊ ſequit̃ ſincopis aut alia accñtia. ſ. debilitas: ⁊ qñqꝫ accidit ī trāſitu humoꝛis eūandi per viā aliquā ꝙ nocumentū infert in via: qñqꝫ ēt ex motu agitant̃ hūoꝛes aut ſpūs ⁊ accidunt calefactio ⁊ febꝛis: ⁊ qñqꝫ ex nā farmaci cū quo fit eūatio accidit ideꝫ: vnde oīa iſta ſūt ꝯſiderāda ⁊ ꝓ poſſe in eūone vitāda niſi ꝑꝑ neceſſitatē maioꝛis iuuamēti: vñ cauere debemus quātū poſſumꝰ ꝯueniētē hūoꝛis eūoneꝫ: ⁊ ne trāſeat ꝑ mēbꝛa q̄ hēat ledere: ⁊ ne ī coꝛpoꝛe fiāt aut ī farmaco nocumenta merito quoꝝ ſit apta ſequi aut febꝛis aut alia īflāmatio vel debilitas ſm qḋ in partibꝰ ꝯſiderat̃. ¶ Ulterius nota ꝙ cuꝫ talia accidētia ſuperuenerint ipſa occultant iuuamentū euacuatōis. ſed illis remotis niſi aliud ſuperuenerit: tunc percipit̃ euacuatōis iuuamentū.

Et ſecūda eſt ꝯſideratio partis ſue declinatōis ſicut nauſea que vomitu mundat̃: ⁊ moꝛdicatio in vētre que ventris ſolutōe remouetur.

¶ Hic declarat ſcḋaꝫ ītentionē dicēs ꝙ ſcḋa intētio ē eūare humoꝛē per viā ad quā declinat ꝓpoꝛtionatā nāe ſicut nauſea que mūdat̃ vomitu: ⁊ mā faciens moꝛdicatōeꝫ in ventre q̄ remouet̃ ſolutōe vētris. vñ Aui. inuit ꝙ medicus dꝫ eūare per partē ad quā nā declinat humoꝛeꝫ. ⁊ eſt ſnīa pꝛime ꝑticule affo. Que ducere oꝫ. ¶ Ubi nota ꝙ ī humoꝛibus eūandis qñqꝫ ītēdimꝰ ſolū ad eūonē: ⁊ tūc hꝫ veritatē regula Aui. hic ⁊ affoꝛiſmꝰ allegatꝰ. Qñqꝫ ītendimus ad diuerſionē: ⁊ tūc non oꝫ eūare per loca ad que nā declinat humoꝛē: īmo ad oppoſitū. ⁊ hoc hēbis īfra ī pleriſqꝫ locis. ⁊ Gal. dicit 13º de īgenio ſanitatis idē. ¶ Nota 2º ꝙ qñqꝫ loca per q̄ nā euacuat vel ad que nā declinat ſunt ꝯueniētia illi eūoni ⁊ qñqꝫ non. Sꝫ ſi loca fuerint cōuenientia per illa fieri dꝫ. Si aūt non: dꝫ ꝓhiberi potius illud qḋ nā tentat. vnde Hyp. dixit: Et per cōueniētia loca ducere. que aūt ſunt ꝯueniētia loca ſtatiꝫ dicet̃.

Et tūc vtēdū ē diuerſione illiꝰ materiē ab illis locis potius ꝙꝫ per ea purgare: ⁊ dicit̃ tūc mā declinare ad talia loca duꝫ declinat ad mēbꝛum nobiliꝰ vel ſuſpectꝰ ad patiēduꝫ: vt dicit Gal. in cōmēto allegato affo. Que ducere oꝫ quare ⁊c̃.

Et tertia ē mēbꝛū egreſſiōis eiꝰ a ꝑte declinatōis eiꝰ ſicut baſilica dxtra ī egritudīe epatis ⁊ nō cephalica dextra: quoniā ſi erroꝛ ꝓuenerit ī tali q̄le ē illḋ qñqꝫ ſequet̃ ide timoꝛ. ⁊ oꝫ quidē vt ſit mēbꝛū egreſſiōis ignobiliꝰ illo a quo fit eūatio ne materia ad illḋ declinet qḋ ē nobiliꝰ. Opꝫ ꝑterea vt ſit eiꝰ exitꝰ naturalis ſicut mēbꝛa vrine gibboſitati epatis ⁊ īteſtina ꝯcauitati ipſiꝰ: eſt tñ cum mēbꝛū a quo expellit̃ eſt ipꝫ mēbꝛū ꝑ qḋ eūatio faciēda ē: ſꝫ ē ī ipſo egritudo vetꝰ aut recēs ꝑꝑ quā ē timēdum de curſu humoꝝ ſuꝑ ipꝫ. Ipſi ergo ad aliud qḋ ſit melius trāſponēdi ſunt: ⁊ ē ēt cū ex ſuperatiōe humoꝝ timet̃ ſuper ipꝫ egritudo ſicut cum tractus ſit ab oculo ad gulā: quoniā timet̃ ne illi qñqꝫ ſuperueniat ſuffocatio: ideo quale eſt huiuſmodi ſuauiter ⁊ molliter fieri debet.

¶ Hic narrat tertiā rē ad quā medici hñt ītentionē ī euacuatiōe. ⁊ diuidit̃ ī duas. Nā pꝛio facit hoc. 2º ꝓbat vnū ſuū dictū. 2ª ibi: nā quidē. ¶ Dicit pº ꝙ tertia res quam ītēdimus ī eūatione ē ꝙ mēbꝛū per qḋ fit eūatio ſit cōueniēs illi eūationi. Eſt aūt cōueniēs qñ in eo cōiungūt̃ quīqꝫ cōditiōes. pª ꝙ mēbꝛū egreſſiōis ſit a parte ḋclinationis eius. ſ. hūoꝛis eūandi. i. ſit ad qḋ facilr̃ declinat talis hūoꝛ. aut ſꝫ qḋ exponit Dy. hēat ad humoꝛē eūandū declinationē rectā. i. viā recti inceſſus vel vicinā rectitudini ſicut baſilica dextra ī eūando humoꝛes ab epe. Nam ſi erret̃ ī tali quale ē iſtud qñqꝫ ex illo ſequit̃ timoꝛ. Et cauſa ē qꝛ nō eūat̃ illud qḋ oꝫ eūari niſi tāta facta eūatiōe vt ide virtus nimis debilitet̃. Scḋa cōditio eſt ꝙ mēbꝛuꝫ ꝑ qḋ fit eūotio ſit ignobiliꝰ mēbꝛo a quo fit eūatio ne mā declinet ḋ ignobilioꝛi ad nobiliꝰ. Tertia ꝯditio ē ꝙ ꝑ illḋ mēbꝛū illi hūoꝛes ⁊ ī tali loco peccātes ſoleāt egredi nāliter. Nā mēbꝛa vrine euacuāt mās gibboſitatis epatis ⁊ īteſtina ꝯcauitatis eiꝰ. Quarta cōditio ē ꝙ nō ſit ī mēbꝛo egritudo vetꝰ aut noua ꝑꝑ quā ſit timēdū de curſu humoꝛuꝫ ſuꝑ illo mēbꝛo. nā qñ eſt ita: humoꝛes ſunt trāſponendi in ſuō motu ad aliud mēbꝛum qḋ ſit melius. Quinta cōditio ē ꝙ nō ſit periculū ī tractu humoꝛis ad mēbꝛuꝫ ita ꝙ humoꝛes ſuperēt virtutē mēbꝛi ⁊ faciāt ī eo egritudinē. Sicut qñ trahitur hūoꝛ de oculo ad guttur ꝑ gargariſmata quoniā timet̃ ne ſuperueniat ſ̄ffocatio ꝓpter ſquinātiaꝫ. Et qñ ē opoꝛtunū fieri ꝙ ad tale mēbꝛū trahat̃ oꝫ ꝙ fiat ſuauiter ⁊ molliter. ¶ Ubi nota pº ꝙ iſta 3ª res ad quam intēdūt medici lꝫ multū videat̃ cōuenire cū 2ª qꝛ vtraqꝫ ē de mēbꝛo ꝑ qḋ fit eūatio: tñ ē dr̃ia. Nam ī 2ª cōditiōe cōſiderat̃ declinatio hūoꝛis ad mēbꝛū. ī hac cōſiderat̃ diſpō mēbꝛi ⁊ habitudo eiꝰ ad illud a quo dꝫ fieri eūatio vel dꝫ euacuari. ¶ Circa primā tñ cōditiōeꝫ cōſidera ꝙ lꝫ multotiēs ab humoꝛe leſio ſit ꝑciſe ī vno mēbꝛo verbigr̃a ī capite nō opoꝛtet ꝙ ſemper fiat eūatio per mēbꝛuꝫ recte declinatiōis ad illud. Naꝫ ſtante ī toto repletiōe ſanguīs doloꝛe nō exiſtēte niſi in capite: tūc pº flobothomamus baſilicā aut cōem: vt dicūt Me. ⁊ Aui. ī caplis de cura mlie ⁊ manie. ⁊ ſilr qñ intēdimꝰ eūare ⁊ cū hoc diuertere. ſꝫ veritatē habꝫ vbi ab illo ſit ītētio euacuādi ⁊ nō ab alijs nec ſit intētio diuertēdi. Secūda aūt ꝯditio obſeruat̃ ꝑcipue qñ in mēbꝛo per qḋ fit eūatio dꝫ figi mā: ſed de hoc alibi. Tertia cōditio ē clara qꝛ ſi ſit via nālis exitus erit cōueniens. ¶ Nota tñ ꝙ nō oīum materieꝝ que ī gibbo epatis cōtinētur cōueniēs via exitus ſit via vꝛine. Nā cū ſunt multe ⁊ groſſe cōueniētius eūant̃ ꝑ ſeceſſuꝫ. Quarta cōditio ītelligit̃ vbi foꝛtioꝛ īdicatio eēt de faciēdo illā eūationē ꝑ illū locū quē dimittemꝰ. Et cū eadē limitatiōe ītelligit̃ quinta vt pꝫ pª tertij illo. c. cū materiā.

Poteſt ab ignobili ꝑ nobile fieri euacuatio nō tāqꝫ per viaꝫ ſed tanquaꝫ per terminuꝫ.

Natura quoqꝫ plerūqꝫ taliter operat̃ ⁊ euacuat non per parteꝫ qua cōſueuit ideo vt mēbꝛum cuſtodiat cum debile fuerit: ⁊ plerūqꝫ etiā eſt vt ſit illud qḋ natura euacuat partis longinque ⁊ oppoſite ⁊ remaneat cum ipſo ambiguitas ſicut cuꝫ a capite ad anum aut crus aut pedeꝫ euacuat: non eniꝫ pꝛo certo ſcitur ſi ex toto ſit cerebꝛo aut ex vno ventriculo.

¶ Pꝛobat quartā cōditionē intēdi a medico per operationē nāe dicēs ꝙ nā plerūqꝫ taliter oꝑat̃ ꝙ ꝓpter cauere nocumētū mēbꝛi debilis euacuat per ꝑtē conſuetā. Et in iſto cāu cōtingit ꝙ illud qḋ nā eūat ſit per partē nō cōſuetam ⁊ per ꝑtē longinquā ideſt a ꝑte longinqua ⁊ oppoſita ⁊ remaneat ābiguitas ī tali oꝑe ſicut videt̃ qñ nā a capite ad anū aut ad crus aut ad pedē trāſmittit mām: tūc eiꝫ ꝓ certo neſcit̃ vtrū a toto capite fluat vel ab vno vētriculo. Ex quibꝰ apparet ꝙ cū medicꝰ ḋbeat eſſe īmitatoꝛ nāe ꝙ ipe aliqñ dꝫ cōſuetā viā dimittere ꝓpter egritudinē ī ea exiſtentē ꝑꝑ quā lederet̃ mēbꝛū. Cōtra tamē hoc videt̃: qꝛ nāliter mēbꝛa foꝛtia trāſmittūt ad debilia: vt pꝫ ex Gal. 2º de differētijs febꝛiū. c. vltimo. ⁊ 3º nāliū virtutū. Si ergo ī mēbꝛo accidit debilitas nā mēbꝛoꝛuꝫ alioꝛū magis īclinabit̃ tranſmittere ad ipꝫ. Hic dicit̃ ꝙ mēbꝛa foꝛtia ad debilia mittūt. ſꝫ debilia aliqñ magis conant̃ reſiſtere ne recipiāt ꝙꝫ nō debilitata ꝓpter magnū nocumētū doloris qm̄ materie recepte facerent. Unde videmus ꝙ ſtante vlcere ī pꝛicipio meri acuto multotiēs ſi volumꝰ nō poſſumus deglutire. Sꝫ ſi nō ſit maioꝛis conatꝰ debile magis recipit: aut ſi plus facit debilitas ad impotētiā reſiſtendi ꝙꝫ conatꝰ ad reſiſtēdū. Sꝫ tibi dimitto ꝯſiderationē ꝑticulariū caſuum in quibꝰ hoc accidit: cū ſm Aui. membꝛa dolētia facilius recipiūt vt hēbitis infra. ¶ Debes auteꝫ ꝯſiderare nō ſolū mēbꝛi dolētis diſpōneꝫ: ſꝫ ēt mēbꝛi mittētis oꝑationē vel paſſionē. ¶ Ulterius nota ꝙ ad lōginqua ꝓpter tales ⁊ multas alias cāas qñqꝫ nā euacuat ita vt relinquat̃ ābiguitas nō ſolum vtrū ab vno vētriculo vel ab alio cerebꝛi eueniat mā: ſed vtrum ab alio mēbꝛo: remoto a cerebꝛo. ⁊ hoc voluit Aui. ¶ Et tu ēt nota quō mēbꝛa conueniētia Aui. limitauit per ꝯditiones poſitas a Gal. ī ꝯmēto illiꝰ affo. Que ducere oꝫ. ⁊ aliq̄ dedit ibi notanda.

Stāte doloꝛe in iteſtinis vel habitudine ad doloꝛem ex diaria exiſtente tñ obtalmia in oculis nō ceſſabimꝰ huiuſmodi fluxum ꝓuocare vt oſtendit Hypo. ſexta ꝑticula affoꝛiſmoꝝ affo. illo. xvij. In oculis patiēteꝫ diariā accepi bonū. ⁊ lꝫ hoc ſit cōtra quartā ꝯditionē dignitas tñ operatōis oculi ad hoc nos cogit. ſimilē ſententiā inuit Aui. tertia tertij. c. de obtalmia.



UVA. BHSC. IyR_006_1

Et quarta quidē eſt hora eũonis ipſius. nam dicit Gal.penitꝰ ꝙ ĩ cronicis egritudinibꝰ maturatio tãtũ ⁊ nihil plus expectãda ē. Et tu quidē iã ſciuiſti quid ſit maturatio: ⁊ añq̃ꝫ euacues pꝰ maturatõeꝫ ex ſubtiliatiuis ĩ potu tribuere ȯbes ſicut aquã iſopi ⁊ halaſe ⁊ ſeminũ.

¶ Hic ponit quartã rem ad quã intẽdit medicꝰ. Et diuidit ĩ duas ptes. Prĩo ponit hãc rē. Scḋo remouet dubia q̃dã ĩcidentia circa alias res. 2ª ibi: ⁊ ſcias ꝙ materie eũatio. Prĩa iteꝝ ĩ duas. Nã prĩo facit qḋ dictũ ē. 2º remouet dubiũ circa hãc rē. 2ª ibi: ⁊ ſilr. Prima ĩ duas. pº oñdit ꝓpoſitũ cũ hũor ē ſparſus ĩ ãbitu totiꝰ vel ĩ venis. 2º qñ ē ĩ vno mẽbro. 2ª ibi: cũ aũt humor. Prĩa ĩ duas. pº docet quid circa hãc quartã rem intẽdimꝰ ĩ cronicis morbis. 2º quid ĩ acutis. 2ª ibi: ſed in acutis. Prĩo dicit quattuor. Primũ eſt ꝙ quarta res ad quã eſt intentio in euacuatione eſt eius hora. Dicit 2º explanãdo hoc in cronicis morbis ꝙ Gal. dicit ĩ illis morbis ē tm̃ expectãda maturatio ⁊ nihil plus. Tertio dicit ꝙ tu iã ſciuiſti quid ē maturatio. Quarto dicit ꝙ poſt maturatiõeꝫ ⁊ ante euacuationē debemus tribuere ĩ potu ſubtiliatiua ſicut aquã iſopi ⁊ halaſe ⁊ decoctionē ſeminũ. ¶ Ubi nota prĩo vt ſuperius dictũ ē ꝙ ꝑ cõſiderationē decē rerũ cognoſcimꝰ: vt Aui. docuit ſcire qñ eũari debet hũor. ⁊ hic dicimꝰ ꝙ vna ĩtẽtio ē hora eũationis. ⁊ docet hanc horã cognoſcere ex alijs q̃ꝫ ex his decē vt pꝫ. ⁊ videt̃ ꝙ ex illis nõ ſcimus qñ eũare oꝫ. Ad hoc rñdet Dy. ꝙ qñ eũare oꝫ: ĩportat tempus: ⁊ hoc vt ꝓpoſito attinet põt cognoſci duobꝰ modis. vno mõ gnãliter q: ſciat̃ qñ competit eũatio ⁊ qñ nõ. ſcḋo mõ ſpãliter ita ꝙ ſciat̃ ĩ quo tẽpore morbi cõpetat eũatio. Et hoc Aui. ponit in iſta ꝑticula. Et hoc qñ potius ꝑtinet qualitati: q: cognoſcit̃ per hũoris diſpõnē. Poſſumꝰ tñ dicere ꝙ per res decem ſupradictas addiſcimꝰ qñ eũare oꝫ: ⁊ que ſunt corpa indigẽtia euacuatiõe idest qñ ē indigẽtia eũatiõis. ꝑ hoc aũt qḋ hic dicit̃ cognoſcimꝰ non ſolũ qñ ē indigẽtia: ſed qñ ē cõueniẽs eũatio. Nam aliqḋ corpꝰ nũc indiget eũatione aliqua cui tñ nõ eēt cõueniẽs ꝙ nũc fieret. verbigrã ſit corpꝰ repletũ hũore malo nõ reducibili ſed ſit crudus groſſus quietus cũ canaliũ ſtrictura. ĩ iſto cãu iſte nũc indiget eũatione q: remotõe mali humoris: ſꝫ nõ ē ſibi nũc cõueniẽs talis eũatio q: ſi fieret eēt cũ maiori nocumẽto nũc q̃ꝫ eēt iuuamẽtũ. ¶ Nota 2º ꝙ ſꝫ Gal. ad debite regẽdũ corpꝰ requirit̃ cognitio q̃litatis ⁊ quãtitatis eiꝰ qḋ admĩſtrat̃ ⁊ ſm ipm tps nõ ē quid tertiũ diſtinctũ ab his vt dicit̃ 3º tractatu tegni: ſed cõprẽhẽſuꝫ in iſtis. Et iõ Aui. hic nihil dicit de tpe in cognoſcẽda hora eũonis: ſed de diſpõne hũoris ⁊ diſpõne corporis cui debet adminiſtrari talis eũatio. ¶ Nota 3º ꝙ ſenſus ſecũdi dicti ē ꝙ in cronicis oꝫ expectare maturatiõeꝫ ⁊ non opꝫ expectare aliud. ⁊ iſte ſenſus videt̃ clarꝰ: q: quãdo ē maturatio fiat euacuatio. Et appet maxime hoc per vnũ additũ ⁊ nihil plus. Aliqui tamē volũt ꝙ poſſit li tantũ ꝯſtrui cũ li egritudinibus ⁊ erit ſenſus ꝙ tantũ ĩ cronicis egritudinibꝰ ē expectanda maturatio. Mihi tamē videt̃ ꝙ li nihil plus eēt quaſi ſupfluũ. Et iõ puto ꝙ Aui. velit in cronicis expectare maturationē ⁊ quaſi non aliud. in acutis aut oꝫ expectare multotiẽs qḋ nõ ſit feruor magnꝰ morbi: ⁊ multotiẽs ꝙ videat̃ quid faciat nã in die crerica cũ ē valde ꝓpinqua que ĩ cronicis nõ expectat̃. ¶ Nota 4º ꝙ quid ſit digeſtio ē dictũ prima primi. c. de virtutibꝰ miniſtrãtibꝰ. Eſt eniꝫ digeſtio ꝑparatio ad digeſtionē ĩ nocitiuo nõ reducibili ad benignũ ſm modũ loquẽdi medicoꝝ: ⁊ ideo eſt tranſmutatio ſm quã mã ſit facilis egreſſionis a mẽbro in quo cõtinet̃. ¶ Quinto nota ꝙ lꝫ tã in acutis q̃ꝫ in alijs expectãda ſit maturatio niſi ꝓpter cãs dictas. minus tñ maluꝫ ē euacuare ĩ acutis añ digeſtionē q̃ꝫ in cronicis vt plurimũ: q: mã ē ſubtilior ⁊ per hoc eũationi paratior: ⁊ q: ſtimulãs virtutē agitat̃: ⁊ iõ facilꝰ eũat̃. ¶ Ultimo attẽde ꝙ Aui. videt̃ ĩcõueniẽter illã partē addere. Et antequã euacues poſt maturatõeꝫ ſubtiliatiui in potu tribuere debes. Nã ſubtiliatiua exhibẽtur ad ſubtiliãdũ: ſꝫ digeſtio materiei ĩ cronicis ē ſubtiliatio: ergo qñ ſubtiliatiua tribui debẽt nõ dꝫ eē poſt maturationē. Preterea hoc ē aliud ĩcõueniẽs q: ſi poſt maturatiõeꝫ debes tribuere ſubtiliatiua: ergo ĩ eũatione illa aliquid plus q̃ꝫ maturatio expectari dꝫ: puta illud qḋ debẽt facere ſubtillatiua poſt maturationē. Hic rñdet̃ ꝙ horũ verborũ ſenſus põt eſſe duplex. Primꝰ ꝙ non denotet̃ ſubtiliatiua debere adminiſtrari poſt maturatõeꝫ: ſed ãtequã euacues poſt maturationē. i. ãtequã facias illã eũationē que dꝫ fieri poſt maturationē q: cũ illis ſit digeſtio: ⁊ hic ſenſus ē clarus. Alius ſenſus põt eē denotãs hũc ordinē eē ſeruandũ ꝙ prĩo maturet̃. 2º exhibeat̃ ſubtiliatiua. 3º fiat eũatio. Et ſi hoc non intelligat̃ intẽdit Aui. in cronicis prĩo adminiſtrari debere maturatiua que tamē nõ ſunt multũ ſubtiliatiua ſicut aq̃ iſopi. nec cõi noĩe dicũtur ſubtiliatiua q: nõ fortiter ſubtiliant. talia enim fortia facerẽt mãꝫ ebullire ⁊ agitari ⁊ augmẽtari ⁊ reſoluerẽt ſubtile remanẽte groſſo ⁊ multas vẽtoſitates augerẽt ſi in prĩcipio exhiberent̃. ſed poſtq̃ꝫ iſta ſunt adminiſtrata antequã fiat eradicatiua eũatio debent tribui ſubtiliatiua fortia que hic ſcribũtur. Tũc eniꝫ mã ē ita ꝑata vt ſubtiliet̃ ꝙ nõ ita ebulliet ⁊ reſoluet̃ ꝑs ſubtilis dimiſſa groſſa ⁊ plerũq̃ꝫ tũc ē pacificata debito ꝓcedẽte regie. Ex q̃bꝰ pꝫ huiꝰ ſcḋi ſenſus vificatio q: nõ ĩtelligit̃ ꝙ iſta exhibeat̃ poſt ꝯpletã maturatõꝫ: ſꝫ poſt aliq̃lē.

Sꝫ ⁊ ĩ acutis etiã egritudibꝰ maturationē expectare meliꝰ eſt ⁊ ꝑcipue cũ quiete fuerit. Qḋ ſi mobiles fuerit: tũc ad eũandũ materiã feſtinare erit meliꝰ: qm̃ ĩpedimẽtũ motꝰ eius ē maius q̃ꝫ ſue eũonis añquã ipſa ſit matura ⁊ ꝓprie cũ humores fuerit ſubtiles: ⁊ ꝑciuue cuꝫ ĩ cõcauitatibꝰ venaꝝ fuerint ⁊ non in mẽbris ingredientes.

¶ In iſta parte facit qḋ dictũ ē dicẽs ẽt ꝙ ĩ acutis egritudinibꝰ eſt meliꝰ expectare maturationē ⁊ ꝑcipue cũ mãe taliũ morboꝝ fuerint quiete. ſed ſi fuerint mobiles meliꝰ ē feſtinare ad eũanduꝫ mãs: q: nocumẽtũ ſui motꝰ ē maius q̃ꝫ ĩpedimẽtuꝫ ſue eũonis ante digõnē: ⁊ ꝓprie ſi tales humores ſint ſubtiles: ⁊ magis ſi ſint in ꝯcauitatibꝰ venaruꝫ nõ egrediẽtes eas ad mẽbra. ¶ Ubi nota pº vnã eſſe cãꝫ ꝓpter quã oꝫ expectare maturatõeꝫ ante eũoneꝫ in cronicis ⁊ acutis. ſ. vt humor ſit obediẽs eũoni ⁊ ne ĩcõplete digeſtus remaneat agitatus. nã qñ hoc mõ remanet eſt magni nocumẽti: ⁊ qñ humor nõ eſt obediẽs nõ euacuat̃ ſine multo labore ⁊ multa eũone boni. Siguũ aũt ꝙ nõ debet eũari regulr̃ ante digõneꝫ eſt q: nã nõ facit bonã eũonem ante digõneꝫ nec in cronicis nec in acutis. Nam qñ facit criſiꝫ ante digõneꝫ: aut criſis eſt ad mortē: aut incõpleta: aut cũ ſeuiſſimis ⁊ prauis accñtibꝰ. qñ aũt eſt cũ ſignis cõplete digõnis: tũc eſt criſis bona. Et iõ cũ medicus ſit nature imitator faciet euacuatiõeꝫ poſt digõneꝫ regulr̃ tã in cronicis q̃ꝫ ĩ acutis ꝓpter cãm aſſignatã in ꝑcedẽti parte. Minus tñ nocumẽtuꝫ euacuãdi ante digeſtionē eſt in acutis alijs paribꝰ. ¶ Scḋo nota ꝙ egritudo dicit̃ q̃eta aut mobilis hic rõne cãe. que eiꝫ ē ab hũore quieto eſt quieta: ⁊ q̃ ab hũore mobili eſt mobilis. ¶ Tertio nota ꝙ quedaꝫ ſunt mãe multũ malignãtes ⁊ multe mobilitatis q̃ dicunt̃ furioſe a medicis. ⁊ cũ ꝑmanẽt in corpore eſt ꝑiculũ ne moueant̃ ad aliqḋ principale mẽbruꝫ: ⁊ iõ ad hoc vitãdũ accelleramꝰ eũoneꝫ. Timemꝰ eiꝫ multo maius periculuꝫ de ꝑmanẽtia materiei ĩ corpore q̃ꝫ ĩ eũatione eius ante digeſtionē vt Auic. dicit. Accidit etiã ꝙ talē mãm mobilē medicina facilius trahit q̃ꝫ ſi eēt fixa: ⁊ cũ hoc mẽbrorũ virtꝰ expulſiua adiuuat ad hãc mãm expellẽdã. ¶ Nota 4º materierũ furioſarũ quedã ſũt ſubtiles ⁊ quedã groſſe: q̃ꝫuis enim plurimũ mã groſſa ſit minꝰ mobilis q̃ꝫ ſubtilis. data tñ nõ incõuenit aliquã groſſaꝫ ꝓpter ſui malignitatem cũ ē in venis vbi ſunt late vie eē mobilē de mẽbro ad mẽbrũ. Nã materia podagre que eſt groſſa percipit̃ tñ multotiẽs de mẽbro ad mẽbrum pelli. ſubtiles ſunt facilioris eũonis q̃ꝫ groſſe alijs paribus. Et iõ Auic. dicit ꝙ ꝑcipue debẽt eũari materie mobiles q̃s hic ĩtelligimꝰ furioſas qñ ſunt ſubtiles magis q̃ꝫ qñ ſunt groſſe. Dynꝰ aũt hic dicit ꝙ oĩs furioſa mã eſt ſubtilis. ⁊ hoc ego non puto verum. ¶ Dicit 2º ꝙ ĩter iſtas ſubtiles ille que ſunt magis ſubtiles ſunt facilioris eũationis. ⁊ hoc ē qḋ voluit Auic. hic. Sed hoc ſcḋꝫ ē expreſſe ꝯtra Aui. pª quarti. c. de cura putridaꝝ in gnãli vbi vult aliquē humorem eſſe ineptũ euacuari ꝓpter ſubtilitatē q: facile imbibit̃. ⁊ ideo talis nõ eſt facilioris eũationis q̃ꝫ minus ſubtilis. ¶ Quinto nota ꝙ humores qui ſunt ĩ venis facilius eũant̃ q̃ꝫ humores qui ſunt in mẽbris imbibiti aut in iuncturis: non tamē facilꝰ q̃ꝫ illi qui ſunt in cõcauo ſtomaci vel inteſtinorũ. Illorum ergo in cõparatiõe qui ſunt ĩ membris longinquis a vijs ductuũ vult Aui. ꝙ precipue hi qui ſunt in venis. ſ. in cõcauitate earũ facilꝰ eũent̃ q̃ꝫ hi qui ſunt ĩ mẽbris. Tu vero ſi vis videre vtrũ digeſtio humoris ĩ nocitiuo ſit pura ĩgroſſatio ſubtilis: aut ſubtiliatio groſſi: aut ĩciſio viſcoſi: vide ea que dixi prima particula affo. affo. 22º.

Cuꝫ autē hũor ĩ vno fuerit mẽbro ꝯprehẽſus nullo mõ moueat̃ donec maturet̃ ⁊ eſſentiã hẽat ꝑatã quã tu ſciuiſti ĩ ſuo loco. Et ſilr cũ ñ fuerimꝰ ſecuri ꝙ virtꝰ vſq̃ꝫ ad maturitatis horaꝫ ꝑduret: eũabimꝰ eã poſtq̃ꝫ nobis cauerimꝰ vt eiꝰ ſubtilitatē ⁊ groſſitiē ſciamꝰ: qm̃ ſi ſpiſſa fuerit ⁊ groſſa ĩpaꝫ mouere nõ debemꝰ niſi poſt ſubtiliatõeꝫ. Eiꝰ vero groſſitiē cognoſcemꝰ ꝓpterea ꝙ faſtidiũ preteritũ iaꝫ ꝑceſſit aut ſub ipocũdrijs dolor extẽſiuus aut aduẽtus ãꝑatis in interioribꝰ. Qḋ aũt magis cuſtodire debemꝰ ⁊ huiuſmodi diſpõne ē hitudo cãnaliuꝫ ne ĩpi ſint clauſi: ⁊ poſt hoc quidē totũ poſſibile tibi erit vt añ maturatõeꝫ vẽtrē ſoluas. Et ſcias ꝙ materiei eũatio ⁊ ipſiꝰ de ſuo loco eradicatio ē ſꝫ vnũ duoꝝ modoꝝ. Unꝰ eoꝝ ē ꝑꝑ artationē q̃ ſit ad lõginquã diuerſitatē: ⁊ alter ꝓpter eã q̃ ad ꝓpinquã. Et ſuaꝝ quidē horarũ dignior ē cũ ĩ corpore nullo mõ ē alicuiꝰ materiei repletio. Ponamus itaq̃ꝫ ꝙ ab ore viri ſuperiꝰ multus fluat

sanguis

Et eſt in ꝯmẽnto. xiiij. prime particule affo. Similem ſentẽtiaꝫ etiã dicit in ꝯmẽto illius affo. ſcḋe particule. Corpa vbi q̃s vult purgare.

UVA. BHSC. IyR_006_1

ſanguís ⁊ ab emoꝛoidibꝰ mulieris ſupflue fluat ſãguis.
Unũ itaqꝫ duoꝝ faciemus aut trahemꝰ ꝑ declinationẽ
q̃ fit ad ꝓpiquã diuerſitatẽ: ⁊ opoꝛtebit tũc vt materiã
ad nares declinemꝰ faciẽdo ſanguineꝫ ex naribꝰ fluere
⁊ ĩ altero ad matriceꝫ ꝓuocãdo mẽſtrua: aut ſi voluerí
mꝰ ad lõgiquã diuerſitatẽ attrahere eũabimꝰ in pꝛimo
ſanguinẽ a venis ⁊ locis q̃ ſũt in iferioꝛe pte coꝛpis: ⁊ ĩ
ſcdõ a venis ⁊ locis q̃ ſunt in ſupma parte coꝛpoꝛis.
❡ Docet modũ eligẽdi hoꝛã qñ humoꝛ ẽ cõpꝛehenſus in
vno mẽbꝛo dicẽs ꝙ qñ humoꝛ fuerit cõpꝛehenſus in vno
mẽbꝛo nullo mõ dꝫ moueri donec maturet̃ ⁊ hẽat eſſen/
tiam tẽpatã de qua eẽntia tempata iã ſciuiſti in alio loco.
❡ Ubi nota ſm cõiter exponẽtes ꝙ materia que ẽ cõten
ta ĩ vno mẽbꝛo intelligit̃ ab Aui. mã faciẽs apa ĩ dtermina
to mẽbꝛo vel flegmonẽ vel ſimile aliud. Et idẽ ĩnuit Auic.
ꝙ talis mã nullo mõ moueat̃ añ maturationẽ. Et ẽ cã qꝛ
cũ mã ſit fixa ⁊ vnita ĩ vno loco ſtricto ⁊ ſtrictarũ viarum
ſicut ſunt poꝛi: videt̃ ꝙ nõ tam faciliter debeat educi. Uñ
Hyp. 4° regiminis acutoꝛũ: dicit quecũqꝫ mẽbꝛa flegmo/
nantia in pꝛincipio nõ curãtur cũ farmacia.

Qꝛ ſciuiſti ex pꝛia pꝛimi doctrina ſexta c. iij. verbo illo. Digeſtiua vero ⁊c̃.

Poſſet ẽt exponi d mã quieta ĩ vno mẽbꝛo collecta oppoſita furioſe nõ tñ faciẽte nec apta facere apoſtema: ⁊ hoc eſt veriſimilius cũ ſuperius de furioſa meminerit.

## Similiter remouetur dubium.

Nam dubi/
tatur vtrũ in alio cãu q̃ꝫ cũ mã ẽ mobilis ſit eũandũ ante
digeſtionẽ? Rñdet̃ ꝙ ſicut oꝫ eũare qñ mã ẽ furioſa ⁊ mo
bilis ita oꝫ eũare qñ nõ fuerimus ſecuri ꝙ virtꝰ poſſit du
rare vſqꝫ ad hoꝛã integre maturatiõis. ❡ Sed oꝫ ꝙ hic
duo ↄſideremꝰ. p° vtrũ materia ſit groſſa aut ſubtilis. qđ
ſciemus cõſiderãdo vtrũ p̃ceſſerit faſtidiũ ⁊ ĩ ipocũdrijs
doloꝛ extẽſiuus aut apa euenerit in ĩterioꝛibꝰ. nã tũc nõ ẽ
eũanda niſi poſt ſubtiliatõeꝫ. Scđꝫ qđ oꝫ magis ↄſidera/
re ẽ habitudo canaliũ ⁊ viarũ ꝑ quas mã dꝫ trãſire ⁊ eua
cuari. Nã ꝓuidẽdũ ẽ ne ſint clauſi: ⁊ poſt hoc totũ erit ti
bi poſſibile ſoluẽ ventrẽ. ❡ Ubi nota ꝙ qꝛ Aui. ſolũ poſue
rat vnũ cãuꝫ purgãdi añ digeſtionẽ. ſ. materiei furioſita/
tem: ideo ne quis credat ꝙ nullo alio mõ hoc fieri debeat
dixit hic cañ. generalẽ. Et ẽ ꝙ diſpõ ſit talis ꝙ nõ ſumus
ſecuri ꝙ virtus poſſit vſqꝫ ad ſtatũ ⁊ materiei digeſtiõeꝫ
ꝑdurare cũ tali moꝛbo ⁊ ſequẽtibꝰ ad ipm: ꝓpter hoc eiꝫ
eũamus ĩ furioſa mã. ❡ Scđo nota ꝙ alij tres modi po/
nũtur ĩ ſpãli a doctoꝛibus ꝓpter quos nõ ſumus ſecuri.
Unus ẽ materie multitudo vt plerũqꝫ ẽ in pꝛincipio fleg/
matice. Scđs eſt materie occulta malignitas ⁊ venenoſi/
tas vt in peſtilẽtialibꝰ. Tertiꝰ ẽ locus vbi peccat mã vt in
apoplexia ⁊ ſquinãtia. Sꝫ ꝓ maioꝛi hoꝝ cañ. declaratio/
ne dubitatur.

Nota ꝙ materierum clauſarũ in vno mẽbꝛo: quedaꝫ magis indigẽt extractõe q̃ꝫ maturatõe ⁊ euacuatõe ſicut ẽ mã heriſipile. quedaꝫ magis indigẽt maturatõe ⁊ eũone vt materia flegmonis: vt dicit Aui. tertia quarti tractatu pꝛio. c. v. vñ in mã heriſipile opꝰ ẽ pꝛius euacuare: deinde infridare: vt idẽ eodeꝫ tractatu. c. iij. dico ẽt ꝙ maturatio pfecta hũoꝛis in vno mẽbꝛo cõpꝛehẽſi nõ eſt expectãda añ digeſtionem vbi ſit timoꝛ ipſius ex cõuerſione in ſaniẽ: vt pꝫ ĩ pleureſi. ſed bene expectãda ẽ maturatio que ẽ quedã habilitatio ad expulſioneꝫ etiam ſi talis humoꝛ clauſus nõ daret inducias ad maturationẽ pꝛemittẽdã: tũc eſſet euacuatio: vt pꝫ in ſquinãtia.

## Utruꝫ materia ſit euacuanda ĩ moꝛ

bis ante digeſtionẽ mãe ↄpletaꝫ? Arguit̃ pꝛio ꝙ nõ. Nã/
quã nã in bona ⁊ laudabili eũatiõe euacuat añ digeſtionẽ:
ergo nec medicꝰ añ digeſtionẽ debet eã eũare: cuꝫ medicꝰ
ſit imitatoꝛ nature bene ⁊ recte opantis: vt p° affo. cõmẽ/
to 2° ⁊ pª q̃rti de cura putridaꝝ ⁊ multis alijs locis. ❡ Cõ
firmat̃ 2°. Humoꝛ ↄpꝛehẽſus ĩ vno mẽbꝛo nõ ẽ mouẽdus
aliquo mõ vſqꝫ ad digeſtionẽ cõpletã: ergo nec hũoꝛ ſpar/
ſus in toto. Patet aſſumptũ parũ ãte ex Aui. Et tenet cõ
ſequẽtia qꝛ multo minoꝛa nocumẽta ſequũtur ex eũatiõe
humoꝛis ĩ mẽbꝛo vno exiſtẽte alijs paribꝰ q̃ꝫ in toto: cum
iſta ſit multo amplioꝛ mã ⁊ eius agitatio magis nociua ⁊
virtus minus foꝛtis. Nec valet ſi dicat̃ ꝙ humoꝛ cõpꝛe/
henſus ĩ vno mẽbꝛo facit minus piculũ q̃ꝫ ſi in toto ↄpꝛe/
hẽdat̃. Nã in vno mẽbꝛo cõpꝛehẽſus facit piculũ moꝛtis
repẽtine vt in ſincopi ⁊ apopleſia ⁊ ſquinãtia ⁊ ſimilibus.
❡ 3° humoꝛ groſſus crudus nõ ẽ eũandus añ cõpletaꝫ di/
geſtionẽ ꝓpe ſtatuꝫ: ergo nec vnq̃ꝫ ãte digeſtionẽ ↄpletã.
Aſſumptũ pꝫ pꝛima quarti. c. de cura putridarum ĩ gnãli
cũ dixit: Et ſi non ẽ digeſtus non moueas niſi ĩ pꝛincipio.
apud ſtatũ vero nõ moueas niſi nã vincat ⁊ digerat. Cõſe
quẽtia tenet qꝛ ĩ illa hoꝛa ãte digeſtionẽ ẽ maxime digeſta
mã ⁊ minus ĩnobediẽs: iõ minus nociua ẽ eũatio eius ⁊ fa
cilioꝛ. ❡ Cõfirmat̃ in moꝛbis quoꝛũ mã ẽ groſſa ante eiꝰ
eũationẽ: aliqua digeſtio aut ſaltẽ ſubtiliatio ẽ expectãda:
vt patet pª quarti. c. de flegmatica. ⁊ ex Auer. 7° colliget.
ergo minus nociua ẽ eũatio poſt talẽ paruã digeſtionẽ ⁊
facilioꝛ. Sꝫ qua rõne ẽ iſta facilioꝛ aut minꝰ nociua q̃ꝫ dũ
materia erat cruda: eadẽ ratõe ẽ eũatio facta facilioꝛ ĩ aug
mẽto q̃ꝫ in pꝛĩcipio: ergo ĩ augmẽto ẽ faciẽda. ⁊ per idẽ ꝓ/
pe ſtatũ magis q̃ꝫ in pꝛĩcipio. Minoꝛ pꝫ qꝛ ĩ quolibꝫ iſtoꝝ
tẽpoꝛũ virtꝰ cõſtat: vt ſuppono: ſꝫ ẽ paꝝ debilioꝛ q̃ꝫ añ ⁊ mã
magis pata. Sꝫ ĩ equali tpe ↄtinue poſt pꝛincipiũ ĩ ſalubꝛi
plus de digeſtiõe ⁊ p̃paratiõe acquiſiuit vt materia com/
mota ſit a maioꝛi ꝓpoꝛtiõe. Igit̃ ſemp ĩ pte poſterioꝛi erit
meliꝰ p̃parata q̃ꝫ ĩ añrioꝛi. Foꝛte diceret̃ ꝙ lꝫ mã ſit facta
obediẽtioꝛ tñ virtꝰ ẽ facta debilioꝛ in maioꝛi pꝛopoꝛtione.
Sed ↄtra magis facta eſt mã ꝓpoꝛtionata ⁊ obediẽtioꝛ q̃ꝫ
virtꝰ facta debilis (ſi moꝛbꝰ ſit ſaluber) ⁊ ꝑ ↄſequẽs me/
lius poterit eũari ꝑ farmacũ debile. ❡ Quarto arguit̃. in
pꝛĩcipio exñte mã furioſa nõ ẽ faciẽda eũatio eradicatiua:
ergo nec minoꝛatio: ergo nulla. Pꝫ aſſumptuꝫ per oẽs ex
modo loquẽdi Auic. quarti. c. de flegmatica. vbi dicit ꝙ
oꝫ vt euacuet̃ de mã aliqđ ⁊ in reliquo expectat̃ quouſqꝫ
digerat̃. Cõſequẽtia arguit̃ qꝛ ſequit̃: eſt facienda eũatio
minoꝛatiua: ergo ꝑ illã creſcit maioꝛ ꝓpoꝛtio virtutis ad
mãm: ergo illa facta virtꝰ ad mãm maioꝛẽ hꝫ ꝓpoꝛtionẽ:
ergo tũc per equalẽ eũoneꝫ codẽ mõ creſcit ꝓpoꝛtio virtu
tis ad mãm: ⁊ ſic quouſqꝫ tota mã euacuet̃: ergo facienda
eẽt eũatio eradicatiua qđ fuit oppoſitũ añcedẽtis. ❡ In
oppoſitũ eſt Aui. hic ĩ caſu quo mã ſit furioſa: ⁊ ĩ caſu quo
nõ fuerimꝰ ſecuri ꝙ virtꝰ poſſit durare vſqꝫ ad hoꝛã di/
gõnis cõplere. ⁊ Hyp. 2° affo. Incohoantibꝰ moꝛbis. ⁊ p°
affo. Digeſta medicari. ⁊ in acutis paſſionibꝰ raro. ⁊ omẽs
doctoꝛes medicine. ❡ In q̃onis determinatõe p° ponã
notabilia pertinẽtia ad illã. 2° ponã illa in quibꝰ medici cõ
ueniũt. 3° ponã illa in quibꝰ differũt auctoꝛes. 4° dicaꝫ
in hac differẽtia qđ videt̃ mihi ꝓbabiliꝰ. 5° rñdebo ad ar
gumẽta pꝛĩcipalia. ❡ Pꝛo p° eſt notãdũ ꝙ eũatio deſcri
bit̃ a Gal. 3° tegni ꝙ eſt opatio totã a coꝛpoꝛe educẽs ſub
ſtantiã humoꝛis. ẽ ergo opatio ꝑ quã educit̃ ſubſtãtia hu
moꝝ a coꝛpoꝛe: ⁊ hoc ſiue humoꝝ ſubſtãtia educat̃ ĩ ꝓpꝛia
foꝛma ſicut accidit in fluxu vẽtris ⁊ in fluxu ſanguĩs: ſiue
educat̃ in foꝛma vapoꝛis. vñ Gal. 2° affo. inſenſibilẽ reſo/
lutionẽ vocat eũoneꝫ. Et põt qñqꝫ dici vlis eũatio reſpe/
ctu totius qñ a toto coꝛpoꝛe educit̃. ⁊ põt dici particularis
reſpectu particularis mẽbꝛi vt qñ ab vno mẽbꝛo ad aliud
trãſducit̃. Qñqꝫ tñ Gal. in 2ª pticula: eũationi alioꝛũ hu/
moꝝ a ſanguine nõ dat eũonis ſꝫ purgatõis nomen. ſed
hic ſumit̃ vt dictũ eſt. ❡ Nota 2° ꝙ de eũone humoꝝ in
vijs ductuũ exiſtentiũ vel de eũone que fit per flobotho/
miã vel ſcarificatõẽs vel ſanguiſugas vel inſenſibilẽ reſo/
lutionẽ ⁊ penitꝰ de oĩ alia excepta eũone q̃ fit per farmacũ:
hic nõ intẽdo. Pꝛimo qꝛ de flobothomia ⁊ alijs in ꝓpꝛijs
locis dicẽduꝫ erit. Scđo qꝛ de iſta q̃ fit per farmacũ intel
ligit Auic. qđ pꝫ cũ dixit in fine huius paragrafi. Et poſt
hoc totũ poſſibile eſt tibi vt vẽtreꝫ ſoluas. Illud eniꝫ fuit
limitans de qua eũone intẽdit. ❡ Tertio pꝛĩcipalr notã/
duꝫ eſt ꝙ lꝫ Aui. dicat pª quarti. c. de cura putridaꝝ ĩ ge
nerali ꝙ digõ in mã groſſa ẽ ſubtiliatio cũ equalitate ⁊ in
ſubtili ĩgroſſatio tñ nõ ſufficit ad hoc vt humoꝛ nociuꝰ di
cat̃ digeſtus digõne q̃ expectat̃ in nociuo nõ reducibili ĩ/
tegre ꝙ hẽat in ſubtilitate ⁊ groſſitie mediocritatẽ: ſꝫ pꝛe/
ter talẽ mediocritatẽ adhuc aliud requirit̃. Iſtud notabi
le ꝓbat̃ ſic. Cõpleta digõ in venis humoꝛis nõ reducibi/
lis ad benignũ eſt per ↄuerſionẽ eius ad mãm ipoſtaſis ap
parẽtis in vrinis albe ⁊c̃. Sed ad taleꝫ ↄuerſionẽ nõ ſuffi/
cit mediocritas in ſubtilitate groſſitie: ergo ⁊c̃. Minoꝛ pꝫ
qꝛ humoꝛ ĩ foꝛma humoꝛali ꝑmanẽs põt eſſe mediocris in
ſubtilitate ⁊ groſſitie: ⁊ tñ nõ ẽ digeſtus hac digõne. Ma
ioꝛ pꝫ ex Gal. p° de differẽtijs febꝛiũ. c. vj. vbi dixit ꝙ pu
tredo que fit in arterijs ⁊ venis dominãte certiſſime nã ẽ
id qđ in vrinis ſubſiſtit. Foꝛte dicit̃ ꝙ non dꝫ intelligi ꝙ
humoꝛ digeſtus digõne in nocitiuo ſit ipoſtaſis: ſed ꝙ ſit
talis vt per digeſtionẽ ſuã tanq̃ꝫ ſuperfluũ ſeparet̃ mate/
ria ipoſtatica. hoc tñ non tollit ꝓpoſitũ. Nã non ſufficit
ad hoc vt natura ſeparet mãm illaꝫ ipoſtaticã albaꝫ leuẽ ⁊
equaleꝫ ⁊ aptã deſcendere ꝙ ſit humoꝛis mediocritas in
ſubtilitate ⁊ groſſitie: ergo nõ ſufficit ad eius ĩtegrã dige
ſtionẽ vt dicit̃ ꝙ habeat talẽ mediocritatẽ. Aſſumptũ pꝫ
qꝛ humoꝛ põt recipere a cruditate putreſcere ſub ſubtilio/
ri mõ ⁊ ſub groſſioꝛi: ergo põt ſub mediocri. Pꝛeterea ſe/
queret̃ ꝙ in febꝛibꝰ q̃ inciperẽt a putrediẽ taliũ humoꝝ a
pꝛinº deberet appere ipoſtaſis laudabiliſſima. qđ ẽ falſuꝫ.
Pꝛeterea ſeq̃ret̃ ꝙ oĩs hũoꝛ ſubtilioꝛ mediocri q nõ eſſet
ꝓpter ibibitionẽ difficilis euacuatõis eſſet digeſtus. Itẽ
ſequeret̃ ꝙ melancolia nũquã eẽt ĩ ſũmo gradu digeſtio/
nis: nec flegma groſſuꝫ cũ nunquã ad hanc mediocritatẽ
veniãt. Itẽ hoc inuit Aui. pª quarti de natura febꝛiũ pu/
tridarũ in gnãli cõtra ponẽtes ꝙ humoꝛes ſubtiles ſunt
digeſti cũ dicit ꝙ tũc ſequeret̃ ꝙ in pꝛincipio febꝛis đ co
lera vel de ſanguine dꝫ apparere digeſtio. Naꝫ hoc ideꝫ
ſeq̃ret̃ ſi diceremꝰ ꝙ ſola mediocritas ĩ ſubtilitate ⁊ groſ/
ſitie ẽ digeſtio dicta. qđ ẽ falſuꝫ. Pꝛeterea ſiſita eẽt ĩ quo
libet paroxiſmo pꝛĩcipij flegmatice de mã groſſa q̃ſi tota/
lis mã fieret ſumme digeſta qꝛ q̃ſi totũ flegma ad hãc me/
diocritatẽ veniret añq̃ꝫ reſolueret̃. Requirit̃ ergo alia di
ſpoſitio ꝑ quã expulſioĩ parat̃ magiſq̃ꝫ ꝑ groſſitiẽ vel ſub/
tilitatem vel mediocritatẽ in modo ſubſtantie. Et hec ẽ di
ſpoſitio per quã mẽbꝛa hñt ad ipm habitudinẽ facile pellẽ
di que nõ põt poni niſi ꝓpꝛietas occulta ſequens modũ
determinatũ mixtionis. Et nos cõpꝛehẽdimus ꝑ ipoſta/
ſim apparentem in vꝛina ꝙ talẽ diſpoſitionẽ acq̃ſiuit hu/
moꝛ ꝑ quã patꝰ ẽ hoc mõ obedire virtuti. ❡ Quarto nota
ꝙ huiuſmoĩ ꝓpꝛietates nõ oꝫ ꝙ ptibilr ſm gradũ acqui/
rant̃: ſicut ptibiliter acquirũt̃ diſpõẽs ad ipas p̃parãtes.
Sequũtur eiꝫ determinatã ꝓpoꝛtionẽ que ſubito reſultat
ex pꝛioꝛibꝰ diſpõnibꝰ ſicut foꝛma ſubſtãtialis. Nec ĩ hoc
ĩtendo litigare vtruꝫ aliqua talis ꝓpꝛietas hoc mõ poſſit
acquiri ſucceſſiue quo ad gradus. Sꝫ ſufficit mihi ꝙ plu/
rime hoc mõ nõ acquirant̃ de quibꝰ videt̃ eẽ ĩtentio nr̃a:
⁊ ita pꝛo nũc ſuppono. Nã aliter nõ video quin añ ↄpletã

Sufficit tñ mediocritas in groſſitie ⁊ ſubtilitate: viſcoſitate ⁊ aquoſitate

Credo ꝙ Gentilis fuerit pꝛioꝛ in iſta opiniõe de digeſtione vt põt patere ꝑ eum iuxta finẽ illius queſtionis de maioꝛitate moꝛbi quare ⁊c̃.



UVA. BHSC. IyR_006_1

digestionē materici mediocris nō deberet nā facere crisiʒ
ꝑfectā sicut post cōplemētū digestiōis materie grosse cum
tūc equale vel maius dñiuʒ haberet: vt pʒ sciēti ꝯducere.
qꝺ tñ ē falsuʒ. ¶ 5º nota ꝙ hec ꝓprietas sequit̄ ꝯplemētū
digōnis in nocitiuo nō reducibili ad benignū. Istud cōce
dit̄ ab oībus q: oēs cōcedūt ꝙ tūc ē optime disposita ad
obediēdū virtuti eūanti. Et ex hoc sequit̄ ꝙ talis ꝓprie/
tas acquiritur in statu taliū morborū cū in illo ꝯpleat̄ di/
gestio: vt dicit Auic. pria quarti. Et ex hoc sequit̄ scꝺo ꝙ
nō ē incōueniēs ī aliquo morbo a principio vsqꝫ ad statuʒ
digōne ꝯtinue ꝓcedēte materiā tñ fieri magis resistentē
eūatiōi: vt qñ eēt ī principio minus grossa ⁊ cōtinue gros/
sior eēt in sequētibus tꝑibꝰ: īmo plerūqꝫ hoc accidit ꝙ pu
tredo prīo inuadit id qꝺ ē magis subtile vt plurimū ⁊ ma/
gis calidū. Et hoc tāgit Aui. prima quarti. c. ꝺ signis fleg
matice cū dixit: Etiā apparet ī ea ī prinº calor vehemētior
⁊ in postremis minorat̄: ⁊ ē simile vt sit cā in hoc quoniaʒ
putredo añcedit prius ad magis dulce ⁊ magis salsum ⁊
magis subtile: deinde ad magis grossuʒ ⁊ frigidū. ¶ Sex
to nota ꝙ euacuationū quedā ē eradicatiua totā vel quasi
totā substantiā materie faciētis morbū respectu cuius di/
cit̄ eradicatiua a toto corꝑe educēs: ⁊ quedaʒ minoratiua
que notabilē ꝑtē relinquit. ¶ Nota vlteriꝰ ꝙ nocumen/
ta eūatōis añ digōnē sunt: q: euacuat̄ humor qui forte nō
erat futurus malus. 2º q: difficiliꝰ eūat̄ ⁊ virtus plus de/
bilitat̄. 3º q: agitat̄ humor nō egrediēs a corꝑe. ⁊ iō eius
digō ꝓhibet̄. 4º ꝑmiscet̄ malignū cum bono: ⁊ malignat̄
bonus: ⁊ agitat̄ taliter ꝙ si aliqꝺ mēbrū nobile sit ꝺbile ad
ipm humores agitati facilius pellūt̄ maxime si fuerit apa
in īterioribꝰ. 5º q: motus calefacit. nā ī tali agitatiōe mate
ria putrida calefit magis: ⁊ si aliqua alia ad hec nocumēta
sequūtur. ¶ Ulterius nota ꝙ materiez peccantiū q̄dam
sunt furiose quedā nō. Dicūt̄ aūt furiose ille que sunt mul
te malitie manifeste vt plurimū de vno mēbro ad aliꝺ mē
brum mobiles. ⁊ hoc loquēdo ꝺ ꝓprio modo furiositatis.
Nec Gal. videt̄ aliū modū excepisse ꝑticula pria afforis/
morū illo affo. Digesta medicari. verūtamē doctores ad/
dunt oēm mām eē furiosaʒ: ex cuiꝰ remanētia in corꝑe per
nō multū tēpus īminet magnū ꝑiculū siue hoc sit propter
multitudinē: vt in sinoca. siue sit ꝓpter occultā ꝓprietatē:
vt ī pestilētiali ⁊ venenosa. siue sit ꝓpter locū ī quo ꝯtinet̄:
vt in squinātia ⁊ apoplesia ⁊c. Alie aūt dicūtur nō furiose.
⁊ hoc de primo articulo. Nā de diffinitiōe digōnis ⁊ cō
paratōe materierū ī facilitate eūandi ⁊ multis talibꝰ si vis
videre vade ad ea q̄ dixi pria ꝑticula afforismoz affo. 22º.
¶ Quantū ad scꝺm articulū ꝯsiderādū ꝙ oēs medici vo
lunt ꝙ qñ mā ē digesta si natura nō mouet ⁊ virtus ꝯstat
⁊ nō sunt alia īdicantia oppositū ⁊ mā ē nociua siue nō re/
ducibilis ad benignū oʒ ꝙ eūet̄. ¶ Cōcedūt scꝺo ꝙ māʒ
furiosam oʒ eradicalr̄ eūare añ digestionē: ⁊ oēs moderni
cōsentiūt in eūatiōe cuiuslibet māe quōcūqꝫ furiose. Sed
in illa que propter multitudinē dicit̄ furiosa: qñ non pec/
cat sanguis dicūt sufficere minoratiuā ⁊ nō oportere era/
dicatiuā facere eūationē añ digestionē. ¶ Tertio cōueni/
unt ꝙ melior hora faciēdi tales eūationes ē hora principij
vlīs si putamus ꝙ mā talis ⁊ tā multa sit ꝙ nisi virtꝰ exo
neret̄ nō posset aliquā bonā dispōnē agere: tunc eiʒ q̄ꝫto
magis expectaret̄ tanto virtus esset debilior ⁊ mā ieptior.
Et quidā putāt in hac solū cōditiōe concessisse Hypo. in
prin. cū dixit: inchoantibꝰ morbis siquid videt̄ mouēdū
moue: in statu vero silentiū habere meliꝰ ē. Et Aui. prima
quarti. c. de cura febriū ī gnāli dixit: Et si nō ē digestus ñ
moueas nisi ī prin. apꝺ statū vero nō moueas. ¶ Quātū
ad 3m ē sciēdū ꝙ de eūatione materiez ī pricipio morbo/
rū cronicorū differūt ab inuicē antiqui. Nā Gal. in epl'a
ad Glauconē vult ꝙ nullo mō in principio quartane ē fa/
ciēda euacuatio nec ante digestionē. ⁊ ꝙ hec sit eius mēs
pʒ ꝑrīo ex Aui. parū ante. Dicit nāqꝫ Gal. penitꝰ ꝙ ī cro/
nicis egritudinibꝰ tantū maturatio ē expectāda ⁊ nō ali/
ud. Iteʒ hoc dicit Auerrois esse de mēte Gal. 7º colliget
cū dicit: Sed in melācolicis ⁊ flegmaticis febribus raro ī
principio earū purgabat. ⁊ erat illud eius opinio purgare
s. in principio febriū. tñ Gal. manifeste dicit cōtrariū. s. ꝙ
minime debemus in pricipio febriū melācolicaz ⁊c. Hoc
idē habet̄ ab eodē Gal. in epl'a ad glauconē de cura quar
tane: dicēs: curabis quartanā: sic mox in principio diligē/
ter ꝓuideas ⁊ mediocriter ⁊ patienter agas neqꝫ medicine
aliquid tamē des neqꝫ purgationē vel defectionē ventris
aut sanguinis facias. Rasis aūt in pricipio tertiane ⁊ fleg
matice ⁊ quartane audaciter ꝯcessit farmaca: vt 10º alman
soris. ⁊ 16º cōtinētis. ⁊ ī diuisionibꝰ habet̄. Aui. aūt ī pri/
cipio flegmatice cōcedit: ⁊ etiam ī pricipio quartane: vt pʒ
ī caplis ꝓprijs: ⁊ ita Auerrois loco allegato. Uez Aui. vr̄
īnuere ꝙ hoc fiat qñ timet̄ victoria humorū ⁊ non aliter.
Auerrois aūt absolute ⁊ Rasis cōcedūt ꝓ meliori ī quar/
tana que ē salua: esto ꝙ medicus nullā faciat euacuatōeʒ.
vñ. c. de q̄rtana dicit Aui. Et ē fm plurimū egritudo sal/
ua. De eūatiōe aūt ī augmēto adhuc doctores diuersifi/
cant̄. nā Rasis ⁊ Auer. ꝯcedūt eūatiōes ī augmēto fleg/
matice. vñ Aui. cōcedit ī fine scꝺe septimane ī flegmatica

purgatōʒ cū solutiuo ⁊ vituꝑat q hoc faciūt dicēdo ꝙ ni/
hil faciūt: nisi ꝙ dāt īfirmo bona vba. Sʒ siqs ꝯsiderat
dcā Aui. vr̄ ꝙ ñ ꝯcedat eūatōʒ hūoz ñ furiosoz ī augm̄to
Naʒ in. c. de cura putridaz in gnāli dixit: ⁊ si nō est dige
stus nō moueas nisi in prinº: apud statū vero nō moueas.
In. c. de flegmatica dicit ꝙ nō diligit expectatōeʒ digō/
nis ⁊ lenificatiōis cū eis q̄ diximꝰ prius: īmo oʒ vt eūetur
ex ea aliqd ⁊ expectet̄ in reliquo vsqꝫ quo digerat̄. ⁊ ī eo/
dē. c. cū loquit̄ de augmēto dicit: Et multotiēs qdeʒ eua/
cuatio ꝯcedit̄ flegmatici humoris ⁊ crudi in hac hora: sed
meliꝰ est vt expectet̄ in eo ꝯplementū digōnis. Gētilis au
teʒ suꝑ pª quarti imaginat̄ ꝙ mā in prinº qñqꝫ est tāta ꝙ
nō sperat̄ in ea ꝙ cū illa multitudine natura totū aut par/
teʒ possit digerere: aut in totā aliquē gradū digōnis indu
cere: ⁊ tunc eūandū est solū in prinº: q: si expectamꝰ aug/
mentū nō iuuabit̄ infirmꝰ: īmo moriet̄. Sed vbi pōt virtꝰ
partē notabilē digerere: aut ī totaʒ aliquē gradū digōnis
īducere: ⁊ tūc est melius in augmēto q̄ꝫ in prinº euacuare.
¶ Cōciliator aūt dr̄ia 16ª vult ꝙ in augmēto nō est faciē/
da eradicatiua eūatio. Et rō: q: si mā furiosa fuerit: faciē/
da est in prinº. ⁊ si vsqꝫ ad augmentū expectauissemꝰ: du/
duʒ iā ītulisset ꝑiculū. Sʒ qñ mā nō est furiosa: q: ī aug
mēto virtꝰ magis est aggrauata a morbo q̄ꝫ in pricipio: ⁊
mā magis inserta in ꝑte: iō tūc non ꝯpetit eradicatiua. qñ
vero statꝰ est lōginquus eūatio ꝯpetit minoratiua sicut in
diuturnis morbis ī qbꝰ ꝑ oīa tꝑa ꝑtiʒ digerimꝰ ⁊ partim
eūamꝰ vt mā remaneat magis alleuiata. ¶ Ueniendo ad
quartū articuluʒ iā ꝓpono ꝙ nō ītendo hic loq nisi ꝺ eua
cuatōe facienda ꝑ farmacū solutiuū materiei appropriate
morbi nō collecte ad apa faciendū: ⁊ que nō sit in vijs du/
ctuū nec valde vicina. Et quo ad hāc non disputo de ali/
quo ꝯcesso cōiter ab oībus: verbigr̄a ꝙ sit in prinº euacuā
da mā furiosa eradicatiue: ⁊ qñ mā est ita multa ꝙ virtꝰ nō
posset suparare eā nisi p̄cedēte eūone esto ꝙ sit q̄cta dʒ añ
digōnē ⁊ iu prinº fieri eūatio minoratiua. ¶ Sʒ restat vi
dere prīo: vtrū in morbo aliquo sit eūandū ante digestiōʒ
mō dicto: ī quo tamē ē spes ꝙ virtus vincat mām ⁊ dige
rat cōplete nō p̄cedēte tali eūatiōe vel alia. ¶ Scꝺo vtrū
ī pricipio vel ī augmēto fieri possit debite. ¶ Tertio ī quo
Idē Raſis libro ⁊ caplo ātea allegatis ſic cōmemoꝛauit nocumēta vomit⁹ dicens: q̄ ſi mult⁹ fuerit vomitus: coꝛpus deſiccabit: atq̄z epati ⁊ coꝛpi necnō oculis ⁊ pulmoni nocebit: venas quoq̄z ſcindit qñq̄z ⁊ rumpit et paſſio accidit emoptoica ⁊c̄.

Ex hoīb⁹ ꝑterea ē qui vult cito ipleri: deīde nō tollerat īmo ꝑpat ad vomēdū. Et actio hui⁹ ex eis ē q̄ ꝑducūt eū ad malas egritudies māſiuas: ipſe ergo a repletōe ꝓhibēdus ē: ⁊ tu ipſius cibum ⁊ potū menſura.

Hic facit hoc qđ dictū ē: dicēs q̄ ſunt quidā hoīes q̄ volūt cito impleri. i. qui comedūt multū in vice vna: quia multū appetūt ꝓpter voluptatē: ſed poſt ſtomacus nō tollerat: ⁊ oz q̄ vomāt: ⁊ illud eſt ex rebus que ipos ducunt ad māſiuas egritudines: q: debilitādo ſtomacū ē cā coꝛruptionis digōis que ē mater fere oīuz egritudinū: vt dicit̄ 13ª tertij: ⁊ iō pꝛohibēdus eſt hic talis a repletiōe: ⁊ tu de/bes menſurare cibum ſuum ⁊ potum ⁊c̄.

## Caplz iſm đ mō ſuccurrēdi diſpōib⁹ q̄ accidūt vomēti.

De pꝛohibitōe aūt vomēdi diximus iā qđ opoꝛtebat. Tēſioni vero ⁊ doloꝛi qui ſub ipocūdrijs fiunt conferunt pāni aqua ca/lida infuſi ⁊ ſuperpoſiti ⁊ oleis lenificāti/bus ⁊ ventoſe cuz igne.

In iſto caplo vt ſupꝛa dixi docet Aui. ſuccurrere qui/buſdā diſpōibus que veniūt ī actu vomēdi: aut cū homo ē in ꝓpinqua diſpōe ad vomitū. Et diuidit̄ in duas. Pꝛimo excuſat ſe: q: hic nō dicit in quib⁹ dz ꝓhiberi vomi/tus. 2° exequit̄ ꝓpoſitū ibi: tenſioni vero. Hic exequit̄ ꝓpoſitū: ⁊ diuidit̄ in tot partes quot ſunt accidētia. Pꝛimo ergo docet ſuccurrere doloꝛi ⁊ tenſioni que fiunt ſub ipocūdrijs: ⁊ dicit q̄ cōfert ſupponere pānos infuſos ī aq̄ calida actu calidos: q: cū doloꝛ ille ſit vētoſus ⁊ tēſio per mollificatiua mitiget̄: ideo panni in aqua calida reſoluen/do ſui caliditate vētoſitatē: ⁊ mollificādo locū mitigāt doloꝛē ⁊ tēſionē. Similiter cōferūt olea lenificantia ſicut ba/netinūs ⁊ camomillin⁹. Et ſilr pp eādē cām ⁊ vētoſe cum igne poſite abſq̄z ſcarificatiōe multū diſſoluūt vētoſitatē.

Foꝛtez autez moꝛdicationē in ſtomaco remanentem remouet bibere iura vnctuoſa que cito digerāt̄ ⁊ īunge/re locuz ex aliquo qđ ſit ſicut oleuz violaceū mixtuz cum oleo cheiri ⁊ pauca cera.

Hic docet ſuccurrere doloꝛi moꝛdicatiuo qui fit ī ſto/maco: ⁊ iſte aut fit pp acuitatē farmaci: aut pp acuitatem hūoꝛis attracti ad ſtomacū. Et dicit remanentē: ⁊ videt̄ ī/telligere đ moꝛdicatiōe que remanet fixa aut remanet poſt actū vomēdi: ⁊ hoc puto verius. Cōueniūt enim iura pin/guia facile digeſtibilia: q: ſtomacus ē debilis: ⁊ cōfert in/unctio cū oleo violato ad repꝛimēdā acuitatē: ⁊ cū oleo de ben in quo ē virtus mollificatiua caloꝛis ⁊ doloꝛis ſedati/ua: lz habeat aliquid caliditatis: ſed ſui aromaticitate vz̄ ꝯfoꝛtare ſtomacuz debilitatū. Eſt aūt ben viola ſarracena cui⁹ alia ē citrina: ⁊ naſcit̄ ī ātiquis muris ī tuſcia: ⁊ alia ē rubea: ⁊ alia ē alba ⁊ ſunt placidiſſimi odoꝛis: ⁊ habēt̄ bo/nonie ⁊ tuſcie in hoꝛtis pꝛeſertim puellarum.

Sigultū vero ſi cū eo acciderit ⁊ ꝑmāſerit: retinebit ſternutatio ⁊ dare ei ex aq̄ calida ad traijciēdū paulatiz

Docet ſuccurere ſingultui. Et nota q̄ aliquis ē ſingultus ꝑcedēs eūationē: aliquis accidēs duz fit eūatio: aliqs accidēs cōpleta eūatione. Ille qui ē ante eūationez aut in actu eius: ē vtplurimū aut ꝓpter moꝛdicationē medicīe: aut humoꝛis ad ſtomacum tracti: aut ꝓpter ventoſitatem groſſaz imbibitā in ſtomaco: aut ꝓpter coꝛrugationez fa/ctam a medicina vel humoꝛe. Et iſti mouent̄ cū ſternuta/tione vt dicit̄ 6ª particula affo. A ſingultu habito ſternu/tatio ſuperueniēs ſoluit egritudinē: ⁊ remouet̄ ēt cū pau/latino ⁊ frequēti potu aque calide: quoniā ſternutatio ex/cutit tunicas ſtōaci foꝛtiter ita vt ab eis ſeꝑari faciat illud qđ adherēdo faciebat ſingultū. Et aq̄ calida iuuat abſter/gēdo ⁊ acuitatez remouendo: que iō paulatim dat̄ vt plu/ries ſuper locū trāſeat. Qñq̄z aūt ſingultus ē poſt eūatōz ⁊ iſte lz poſſet eē ex eiſdem cāis remanētibus ⁊ curari hoc mō tamē plurimū ē ꝓpter ſiccitatez: vt dicit̄ in affoꝛiſmo quinte particule. Spaſmus ⁊ ſingultus poſt nimiā inani/tionē ē malū. ⁊ de iſto nō loquit̄ Aui. hic. q̄ ſi remedia hic poſita tibi non ſufficiunt vade ad decimātertiā tertij: vbi etiam videbis quid eſt ſingultus.

Hoc ēt remediūz cōmemoꝛauit Auic. xiij. tertij tractatu quito. c. xxj. de cura ſingultus circa pꝛīcipiūz capli paraphoil lo: Et ſternutationi q̄dez in ſuperādo materiā ⁊c̄. Quid autē ſit ſingult⁹: vide ab eo eodez tractatu. c. xix. Gal. tñ quita particula affo. ꝯmēto illi⁹ affo. In imoderata purgatiōe ſpaſmus aut ſingultus maluz. dixit ſingultuz eſſe ſpaſmū ſtomaci in initio pleni aut deſiccati aut moꝛdicatione aliqua incitati ⁊c̄. Sz dubito. nam idē Gal. ſexto de accidenti ⁊ moꝛbo ꝓbat ſingultū nō eē ſpaſmū: ex eo q̄ ſpaſm⁹ ē paſſio mēbꝛi lacertoſi: ſz ſtomacus nō eſt mēbꝛū lacertoſum: ergo ⁊c̄. hoc relinquo ꝓuectioꝛibus: quare ⁊c̄.

Et de ſanguine quidez iam diximus in caplo de im/pedimentis vomitus.

Pꝛo vomitu ſanguinis qui fuerit ex potu farmaci re/mittit nos ad decimātertiā tertij ſtatim allegatā. Sz ſci/tote q̄ vomitus ſanguīs qñq̄z ē pp vltimā eūatiōez ī qua farmaca ſupfluētia vltimo trahūt ſanguinē ⁊ huic ſuccur/rit vt dicit̄ ſequēti caplo: qñq̄z aūt ē pp ipetuoſum motū ⁊ fracturā alicuius vene: ⁊ de hoc loquitur hic.

Alcuzeç vero ⁊ egritudib⁹ fridis ⁊ īterſectōi vocis q̄ accidit poſt ipz ꝯfert ligare extrema ⁊ ſtrīgere ea ⁊ ſup/ponere ſtōaco pānū īfuſuz oleo in quo cocta fuerit ruta ⁊ ſicidis: ⁊ dare ei ad bibēdum mel cū aqua calida.

Quid in hac parte dicat pz. Ubi nota alcuzeç qñq̄z ſu/mitur ꝓpꝛie vt ē tetan⁹ a ventoſa mā: ⁊ illud nos vocam⁹ ranſum: ⁊ ē ex vētoſitate ita tendēte lacertum vt non poſ/ſit flecti. Et qñq̄z ſumit̄ vt ꝯuertit̄ cū ſpaſmo de tali mate/ria vel tetano: ⁊ qñq̄z cōtrahūtur muſculi pp ventoſitatē. Sed videtur hic Aui. ſumere abſolute ꝓ ſpaſmo vel teta/no. Nota 2° q̄ iſti ſpaſmi aut fiūt in actu eūationis aut ante aut poſt. Cū aūt fiunt poſt multā eūationē plurimuz ſunt de inanitiōe ⁊ ſunt multū mali: vt dicit̄ in cōmento il/lius affo. Spaſmus ex heleboꝛo. Et nota vlteri⁹ q̄ ſpaſ/mus ⁊ ſingultus poſt talē eūationē nimiā ſunt mali: ⁊ de iſtis nō loquit̄ hic Auic. Aut enim non ſunt curabiles aut vix: ⁊ pꝛo eoꝛū cura vide ſcđa tertij. Sed in ipo actu eua/euationis ſunt ſpaſmi qñq̄z. Et ſm Meſue cōtingit a quat/tuoꝛ cāis. Una ē mot⁹ multe materie ſimul que nō eūatur ſed ſpargit̄ ad lacertos ⁊ neruos: ⁊ facit eos ſm latuz cre/ſcere ⁊ bꝛeuiari ſm longuz: vnde accidit mēbꝛis incurua/tio ſicut arcui: cuius coꝛda bꝛeuiat̄. Secūda cā ē alleuia/tio multi vapoꝛis turbidi cū ventoſitate groſſa ad neruos: ⁊ fit ſicut dictū ē ſtatim. Tertia cā ē q: tēpoꝛe quo ſumit̄ medicina poꝛi aperiūtur: ⁊ multe ꝑtes medicine cōuertūt̄ in vapoꝛes ſubtiles. Cum ergo ille qui medicinaz ſumpſit ſe exponit frigoꝛi iſti vapoꝛes ingroſſant̄: ⁊ nerui pꝛopter frigus penetratū apertis poꝛis incuruātur ⁊ fit ſpaſmus ꝓpter cōtractionē ad eoꝛum pꝛincipia. Quarta cā eſt ma/la qualitas cōicata neruis ⁊ lacertis: vnde refugientes ab ea cōtrahūtur. Et videt̄ mihi vt dixi ſuper affoꝛiſ. pꝛimo quinte particule q̄ nō ſolū ex multitudine humoꝝ aut vē/toſitate: ſed ex acuitate pōt fieri ſpaſmus: qui dicit̄ nō ꝓ/poꝛtionat⁹ ad materiā. Sz nota q̄ cū fit ſpaſm⁹ ex iſtis cāis hoc mō cōicatis muſculis totius nō curatur vt dicit Auic. hic. ſ. per ligaturā extremitatū ⁊ poſitionē pāni ſuꝑ ſtomacū in quo coctū fuerit de rutha ⁊ ſicidis. i. cucume/re aſinino: aut per potū mellis cū aqua calida: īmo vt pz ꝑ Meſue qñ eſt ex pꝛima cā curat̄ cum eūantib⁹ cito mām: aut cliſterijs: aut farmacijs ebibitis: ⁊ poſt eūonez cū recti/ficatōe ꝯtractōis neruoꝝ ⁊ ꝯfoꝛtatiōe cerebꝛi ⁊ nuce. vnde nec vult febꝛē in tali ſpaſmo ꝯferre: q: inflāmat farmacuz ⁊ mouet māz verſus lacertos. quāto ergo magis nō con/fert ligatura extremoꝛū per quā de directo trahit̄ mā ad lacertos ⁊ poſitio olei ſupꝛaſcripti cū calefaciat farmacū. Sz qñ eſt a ſcđa cā opz facere qđ dictū eſt de pꝛima. ſ. fa/cere eūonē ⁊ poſtea ꝯuertere vapoꝛes ad diuerſuz foꝛtiter cuz fricatōib⁹: cuz hic foꝛte nō nocet ligatura. Cū autē eſt ꝓpter frigus ꝯfert vapoꝛatio ⁊ calefactio. Et cū eſt ꝓpter malā qualitatē farmaci: cura ē cū remouētib⁹ farmaci au/daciam. ſ. potu aque calide. ſ. tepide ⁊ ſimiliū ⁊ cū ꝯfoꝛtā/tib⁹ neruos. Et iō pz q̄ expoſitoꝛes volētes q̄ hic Auic. ponat curā illoꝝ modoꝝ ſpaſmi de quib⁹ dicit Meſue nō ſufficiēter dixerūt. Pꝛo ꝯcoꝛdia Aui. cū Meſue ⁊ pꝛo expoſitūe Auic. nota q̄ iſte quattuoꝛ cāe ſcripte a Meſue qñq̄z īueniunt̄ in neruis ſtomaci: ſz per ꝯpaſſionē reliq̄ coꝛ/poꝛis nerui ꝯhunt̄ ⁊ ſpaſmant̄. Et ꝓ mēte Aui. tene q̄ in operatōe farmaci plurimū ꝯtingit ſpaſm⁹ per ꝯpaſſionez ad ſtomacū: ⁊ ideo diuertēdo mām ⁊ ventoſitatē per liga/turaz doloꝛoſaz extremitatū ⁊ reſoluendo cuz oleo dicte decoctōis ⁊ abſtergēdo illud qđ adheret villis ſtomaci cū potu mellis ī aqua fit cura taliuz ſpaſmoꝝ. Sz Meſue po/nit curā qñ iaz ī alijs mēbꝛis ⁊ lacertis eēt nocumētuz per eūonez. Et tu hanc expoſitionē ⁊ diuerſitatē nota. naz ēt vocis abſciſio fit ex ſimili cā laboꝛātibus lacertis pectoꝛis ⁊ epigloti per viaz cōpaſſionis.

Et hēnti quidē alſubeth fiat hoc ⁊ ī aurē ei⁹ mittat̄.

Hic docet ſuccurrere ſubeth. i. ſomno ꝓfundo. Nā hoc accidit ꝓpter multos vapoꝛes fridos eleuatos ad ca/put. Et iō ligare extrema eſt valde bonū remediū diuertē/do ad ꝯꝛiuz capitis: ⁊ etiā ꝯfert potus mellis cū aqua cali/da vt deponat̄ mā a ſtomaco que euapoꝛādo facit ſubeth. Olea aūt illa meli⁹ ponūt̄ in aure vt meli⁹ diſſoluat̄ vapoꝛ

UVA. BHSC. IyR_006_1

ex poſitōe medicie ſolutiue in loco ꝓpīquiori cāe ſubeth: ⁊ tu ex iſto ponere potes alia remedia ſcripta pª tertij caº de ſubeth: vt cuꝫ cliſterijs ⁊ ſuppoſitorijs ⁊ vomitū ꝓuocātibus ⁊ diuerſionibꝰ ⁊ embrocis ⁊ euaporatōibus vt oꝫ.

¶ Caplm i6m de eo in quo ſuperfluit vomitus.

Fiat vt ipſe dormiat ⁊ igeniet quāto plus poſſibile fuerit qūo dormiat ⁊ ligent ipſiꝰ extrema taliter qualr ligant cū fluxuꝫ vētris retinere volumꝰ. Et ipſiꝰ medicet ſtomacꝰ cū ēplīs pōticis fortitudinē faciētibꝰ

Quia ſomnꝰ fortes eua euatiōes retinet ⁊ ſtiptica fortificāt ſtōacū: vn̄ nō recipūt humores: quare ⁊c̄. Gentilis.

¶ In iſto caplō Auic. docet ſuccurrere vomitui ſupfluenti ex farmaco. Et diuidit in tres ptes. Prīo docet ſuccurrere ſupfluo vomitui. 2º docet ꝓuidere ne ſuperfluat. 3º remittit nos ad aliū locū ꝓ quibuſdaꝫ cognoſcēdis. 2ª ibi: cuꝫ autē. 3ª ibi: ⁊ oꝫ quidē. Prīma in duas. Prīo docet qn̄ vomitꝰ eſt ſuperfluꝰ: ſed non adhuc vomat vt ſanguis fluat vomitu. 2º qn̄ ex ſupfluitate eūonis vomit ſanguis. ibi 2ª: qd̄ ſi vomitus. ¶ Prima ps pꝫ q: prouocatio ſomni ⁊ ligatura extremitatū ⁊ appoſitio emplaſtroꝝ cōſtringentiū ⁊ ꝯfortātiū ſtomacū ex eodē capite ſiūt ex quo facte ſunt ſuperius in ſuperfluo fluxu ventris.

Qd̄ ſi vomitꝰ ſuperfluerit ⁊ iceſſanter egrediant humores donec ſanguis exeat: da ei ad bibenduꝫ lactis in in vino mixti quattuor cotilas: quoniā medicine vomitiue maliciā reprimit ⁊ ſanguinē ꝓhibet ⁊ nām lenit. Qd̄ ſi partē pectoris ⁊ ſtomaci a ſanguine cū hoc mūdificare volueris ne ex eo aliquid coaguletur da ei ad bibēdū ſirupū acetoſuꝫ ſiue ſit ex melle ſiue ex zuccaro cū niue infrigidatū paulatiꝫ: cuꝫ hoc quoqꝫ quādoqꝫ confert bibere ſuccuꝫ portulace cum bolo armeno.

Dicit Gentilis ꝙ cum exit ſanguis ſtat triplex intentio. Prima ē remittere acuitatē farmaci. 2ª eſt ſtipticare orificia venarū ne aperiātur. 3ª eſt euacuare medicinā d̄ ſtomaco: modo lac facit hoc: ⁊ tu lege ibi quomodo: quare ⁊c̄.

¶ Facit qd̄ dictū eſt miſcēdo modū quo cauēda eſt coagulatio ſanguis i ſtomaco. Naꝫ iſta coagulatio ē periculoſa: q: ſanguis i ſtomaco coagulatꝰ eſt venenū ⁊ iterficit aliqn̄. Sꝫ ad ꝓhibēduꝫ ſanguis vomitū docet offerre lac vino mixtū: q: ſui aquoſitate lenit ventrē ⁊ deponit medicinā ⁊ ſanguinē q eſt i ſtomaco per iferiora: q: ſui caſeitate oppilat ⁊ claudit orificia venaꝝ per q̄ currit ſanguis ⁊ ſuis q̄litatibꝰ ⁊ mō ſubſtātie reprimit acuitatē farmaci. Sꝫ vinū iō miſcet vt ꝯfortet ſtomacū ſui aromaticitate ⁊ ꝓhibeat lactis coagulationē i ſtomaco. Aliud remediū ē ſuccus portulace cū bolo armeno. Nā ſuccus portulace ē repreſſiuꝰ acuitatis farmaci: ⁊ cuꝫ hoc ſtrīgit ⁊ claudit vias ꝑ quas mā currit ad ſtomacuꝫ: ⁊ multo magis qn̄ cū bolo armeno miſcet. Immiſcet aūt modū quo ꝓhibet coagulatio ſanguis i ſtomaco ꝑ potū ſirupi acetoſi q abſtergit ⁊ icidit ſiue fuerit de melle ſiue de zuccaro: ⁊ dꝫ offerri īfrigidatꝰ i niue vt ꝓhibeat aptionē venaꝝ. Coagulatio aūt ſanguinis iō fugiēda ē: q: facit accidētia veneni terribilia: vt 6ª quarti ⁊ 8º interioꝝ. ⁊ i3ª tertij. Qd̄ ſi hec remedia nō ſufficiunt: recurre ad loca ꝓpria ſtatiꝫ allegata.

Cum ergo terrefactus fueris pro aliquo in quo ſuperfluit medicina fac ipſuꝫ vomere.

¶ Docet ſuccurrere ei in quo timemꝰ de ſuperfluitate vomitus: dicēs ꝙ facias euꝫ vomere vt medicīa cito a corpore expellat. Facias autem hoc incitādo ad vomitū cum potu aque tepide aut olei.

Et opꝫ quideꝫ te querere medicinas vomitiuas ſm ſuos gradus: ⁊ qūo q̄qꝫ eaꝝ ad bibēdū ſint dāde ⁊ p̄cipue heleboꝝ in antidotario ⁊ medicis ſimplicibus.

¶ De hac parte patet quid dicat.

¶ Capituluꝫ i7m de enemate.

Enema eſt medicamē nobile in expellēdo ſuperfluitates que ſunt in iteſtinis ⁊ in ſedādo dolores renuꝫ ⁊ veſice ⁊ apoſtemata ipſoruꝫ ⁊ egritudines colice ⁊ in attrahēdo ſuperfluitates a mēbris p̄īcipalibꝰ ⁊ ſupiorībꝰ. Que vero ex eis ſūt acuta debilitāt epar ⁊ perducūt ad febreꝫ. Ex enematibꝰ p̄terea fit iuuamē in expellēdo reliquias quas inaniētia relinquunt.

¶ Superius Auic. docuit modos adminiſtrādi eūationes que fiunt per exhibita per os. Hic docet regulas obſeruandas in eūationibus que fiunt ꝑ īmiſſa inferius. ſ. ꝑ cliſteria. Et diuidit in duas partes. Primo ponit iuuamēta ⁊ nocumenta in gnāli enematis. Scd̄o ponit regulas de mō obſeruādo ī adminiſtratiōe eius. 2ª ibi: forma aūt. Dicit primo ꝙ enema ē nobile medicamē ī quinqꝫ rebus. pº in expellēdo ſuperfluitates que ſunt ī inteſtinis. 2º in ſedando dolores renū ⁊ veſice. 3º ī apatibus eorū. ſ. renū ⁊ veſice. 4º in egritudinibus colice. 5º in attrahendo mās a mēbris principalibus ſuperioribus. Secūdo dicit ꝙ enemata acuta perducūt ad febres ⁊ debilitāt epar. Ultimo dicit quo ad hāc partē: ꝙ ex ipīs habet iuuamentū in expellēdo reliquias quas reliquerūt inaniētia. ſ. farmaca ſolutiua bibita. ¶ Ubi primo nota ꝙ enema ꝓprie ē decoctio que iniicit aut iniecta ē per anū. Cliſtere aūt ē in quo fit talis iniectio. ¶ Scd̄o nota ꝙ eedē medicine pn̄t ꝑ inferiꝰ iniici ⁊ dari ad potādū: ſed in hoc qd̄ iniiciūtur ꝑ īferius ſunt melius opatiue pro quibuſdā finibꝰ. Et ideo Aui. nō dixit abſolute ꝙ enema ē nobile medicamē: ſed ē nobile in illis quinqꝫ que narrauit. Cōſtat auteꝫ nobilitas medicine ex duobus: quoꝝ vnū ē efficacia in cōſequendo finē. 2m ē ſecuritas ⁊ leuitas ſuper naturā. Et in his qnqꝫ dictis ab Aui. enema ē efficax: ⁊ cū hoc ē valde ſecuꝝ. Efficax: q: per ipm ponūtur medicine ī ipſomet loco patiēte: aut in valde ꝓpinquo. Securū aūt q: ponit ī mēbro ignobili deputato ad expulſionē: vn̄ ſi in illud mēbrū imprimit aliquā diſpōnem nō ē tantū nocumētū ſicut in medicinis īmiſſis ſtomaco qd̄ ē mēbrū nobile. Sed lꝫ Aui. dicat eius nobilitatē tantū in ſupradictis: eſt tn̄ etiam nobile ī ꝯſtringēdo qn̄ fluxus ē cā inteſtinoꝝ: ⁊ nobile in cōſolidādo vlcera inteſtinoꝝ. Sed iſta nō ita pertinēt ad eūationē ſicut quinqꝫ predicta. Cū ergo Aui. hic de eūatione intēderet: nō curauit ponere iſta iuuamēta. ¶ Tertio nota ꝙ lꝫ tm̄ ſit vnus modus īmiſſiōis enematis: tn̄ enemata variātur in virtute ⁊ ſm varietatē eorū ex quibꝰ fiunt. Silr etiam variant res ex quibꝰ fiunt ſm varietatē materierū quas ītendimꝰ eūare. Nā qn̄ intēdimus eūare rem que nō indiget niſi mollificatiōe ſicut feces dure: tūc fit ex vnctuoſis pinguibus ſubtilibus aptis ad ſe imbibēduꝫ: ſicut cū oleo puro: aut cū re pingui vt cū iure galli: aut cū ſimili re. Qn̄qꝫ aūt intēdimus ad ſubtiliationē ſicut ī flegmate: ⁊ tunc fit cū ſubtilitate. qn̄qꝫ intendimus abſterſionē: ⁊ tūc fit cū aqua mellis vel ordei ī qua mel vel aliquid abſterſiuū diſſolutū ſit. qn̄qꝫ aūt intēdimꝰ vt irritet virtus expulſiua: ⁊ tunc apponūtur mordicatiua ſicut ſal. qn̄qꝫ aūt intēdimꝰ ventoſitatis diſſolutionē: ⁊ tūc apponimꝰ carminātia. qn̄qꝫ aūt intēdimus attractionē a lōginquo: ⁊ tūc apponunt attrahētia que ſunt duoꝝ modoꝝ. Quedā enim trahunt cū virtute attractiōis ꝓpria. ſ. a ꝓprietate reſpiciēte determinatū humorē. nā que multū ſtimulant expulſiuā faciēdo mordicationē in inteſtinis ſunt cā attractiōis humorū faciēdo quēdā dolorē: ſed iſta attractio nō reſpicit determinatū humorē. Sed turbit ⁊ colloquintida cucumer aſininus ⁊ ſcamonea nō ſolū trahūt q: irritant ſed actuāt ſi permāſerint ſufficiēti tēpore: ⁊ eūant determinatū humorē. ¶ Quarto nota ꝙ cum cliſtere fit gratia eūationis eius ꝙ in iteſtinis cōtinet alijs paribꝰ dꝫ eē leuius q̄ꝫ ſi ītēdat ad eūationē a lōginquo: q: cliſtere vadit ſup loco a quo faciēda eſt eūatio. ¶ Quinto nota ꝙ cliſtere vt pꝫ ex textu nō fit ſolum ad intentionē eūandi: imo qn̄qꝫ alterandi: qn̄qꝫ abſtergēdi: qn̄qꝫ cōſolidandi: qn̄qꝫ ad dolorē mitigandū. Et ſm hec oīa fiūt ex diuerſis rebꝰ: vt pꝫ in libris ꝑticularibꝰ. ¶ Sexto nota ꝙ quāuis enema nō tranſeat ad veſicā nec in venas: tn̄ q: inteſtina circūdant hec membra: iō enema vadēs ad inteſtina pōt ſuis qualitatibꝰ hec mēbra alterare ⁊ ſedare dolorē: maxime q: cuꝫ mēbra iteriora ſint rara euaporat ab inteſtīs aliqd̄ ſubtile de ſubſtātia cliſteris qd̄ attingit vtrūqꝫ iſtoꝝ mēbroꝝ dictorū: ⁊ ꝑ hūc modū cōfert in eoꝝ apatibꝰ ſiue fuerit intētio repcutere ſiue reſoluere ſiue alterare. Uerū q: ſuperiora inteſtia ſunt renibꝰ viciniora ⁊ inferiora veſice: ideo opꝫ in dolore vel cura renum per cliſtere conari ꝙ cliſtere magis penetret q̄ꝫ i cura veſice. Et pariter ītelligatis d̄ cura matricū in mulieribꝰ ⁊ lacertoꝝ quibꝰ renes colligant: qm̄ iteſtia adiacent iſtis locis. Quod ſi querat qūo enema ſedat ſiue cliſtere: dicit ꝙ vera ſedatiōe: ſicut cliſtere cū mollificatiuis ⁊ lenitiuis anodinis: ⁊ ſedatione ꝑ remotionē cāe ſiue ſit humor qui eūat: ſiue mala ꝯplō q̄ remouet: ſiue ſolutio cōtinuitatis q̄ ſolidat. etiā ꝑ ſtupefactionē ſicut multotiens fit in diſinteria. ſed hoc vltimum faciēdum eſt raro ⁊ cum timore ⁊ cautela. ¶ 7º nota ꝙ enema ſedat egritudines colice. i. oppilationes vel alios morbos qui ſunt d̄ genere colice. Eſt autē colica egritudo inteſtinalis doloroſa cū qua fit difficilis exitus eius qd̄ debꝫ egredi ſꝫ naturā: ſiue ergo fiat oppilatio a fece vel humore vel a mala ꝯplexione cū mā vel ab apoſtemate vel ab alio ſedat enemate ſm tn̄ variū modū facto iuxta diuerſitatē cāꝝ: vt hꝫ videri i6ª tertij. ⁊ pōt etiā dolorē in ea exiſtēteꝫ tribꝰ modis ſupradictis remouere: ſꝫ tn̄ iteſtinoꝝ quedā ſunt quoꝝ egritudines magis iuuant cliſteri q̄ꝫ medicina ſumpta ꝑ os: quedā ecōtra: ⁊ q̄daꝫ medio mō: ſed hoc dictū ē ſupra. c. primo huius fen: q: ſuperiora ⁊ gracilia melius iuuantur bibitis: īferiora cliſteri: finis colon verſus ſuperiora ⁊ monoculum medio modo. Et ſm hoc etiā quātitas cliſteris ē variāda. nā maioris quātitatis fit cliſtere quādo intendimus ꝙ vadat ad ſuperiora inteſtina: ⁊ minoris qn̄ intendimus ad monoculū: ⁊ medio mō qn̄ ad media. ¶ 8º nota ꝙ cliſteria dicunt acuta ī quibꝰ ponūtur medicie multum calide ⁊ acute imprimentes ſicut colloquintida euforbium

Cliſteria autē ſiue enemata q̄ ſunt apta ventri conſtipato ſiue alio morbo: ſcias ex Gal. in ſuo de cliſteribus. c. v. ⁊c̄.

biū ⁊ ſimiles. Et q: medicine iſte ꝓcipue in multa quãtita-
te poſite reſoluũt ⁊ calefaciunt: talia cliſteria ſunt diſſolu-
tiua ſpũuꝫ ⁊ partiũ epatis ⁊ ipm debilitãt. Nã tales me-
dicine multũ accedũt ꝓpe epar ⁊ plurimũ eoꝝ vapores ꝑ
organa vadũt ad epar: ⁊ per eãdẽ fere cãꝫ perducũt ad fe-
brẽ calefaciẽdo ſanguinẽ: qui eſt in vena magna chilis de-
ſcẽdentis ad ipm epar: ex quo daṫ intelligi ꝙ ſunt magis
cauẽda in febribus. ¶ Ultimo nota ꝙ inanictia ſunt me-
dicine ſolutiue que in iteſtinis relinquũt aliquid ꝺ humo-
ribus quos attraxerũt: ⁊ iſta hoc mõ relicta euãṫ cliſteri
cõiter lauatiuo niſi multã viſcoſitatẽ habuerit ⁊ groſſitiẽ:
quo cãu addimus aliqꝺ inciſiuũ ⁊ ſubtiliatiuum.

¶ Uſqꝫ huc fuit expoſitio. d. m. Ugonis de ſenis:
nunc incipit expoſitio Marſilij.

Formã vero cliſteris ⁊ quomodo cliſterizeṫ iaꝫ retu-
limus in caplo de colica.

¶ Nunc Aui. ponit quaſdã cõditiões in cliſteribꝰ attẽ-
dendas: ⁊ duo facit. Prĩo facit qꝺ dictũ ẽ. 2° docet ſuc-
currere cuidã defectui: ibi 2ª: ꝙ ſiquis. Prima ps ꝯtinet
tres partes. In prima remittit nos ꝓ ſufficiẽtiori declara
tione forme cliſteris ad aliũ locũ. 2ª exequiṫ modũ cliſte-
rizandi explicãdo ſitũ. 3° tangit cõueniẽteꝫ horã appli-
cãdi cliſtere. ibi 2ª: videṫ quoqꝫ. ibi 3ª: ⁊ cliſterizãdi. De pri
ma dicit ꝙ ipſe iã retulit formã cliſteris: ⁊ quõ cliſterizeṫ
corpus. c. de colica q: 16ª tertij: forma tamen ſatis ẽ nota.
Nã primo debet habere cãnam oblõgaꝫ ad formã palmi
cõis: vt ingrediaṫ ſufficiẽter iteſtinũ rectũ in cuius extre-
mitate debent eẽ multa foramina ne ſubito exñte vno ma-
gno foramine liquor tranſeat ad iteſtina: ne etiã ad vnam
partẽ ſed ꝑ multa foramĩa diſperſus multas partes attin-
gat. Et dꝫ eẽ terſuꝫ ⁊ politũ: in ꝓmptu ẽ cã: imo dꝫ eẽ cã-
na vncta oleo que iponiṫ. Debꝫ ẽt cãna eẽ ligata corio aut
veſica in ſua parte latiori: in qua veſica aut corio liquor te-
neaṫ: ⁊ cõprimẽdo coriũ igrediaṫ cãnam qꝺ in corio cõti-
neṫ. Debet ẽt eſſe ſtrictũ prope cãnam: ⁊ incedere ſe ãpliã-
do verſus aliã partẽ: ⁊ hoc vt cõpreſſo corio ⁊ exñte ſtricto
verſus cãnam melius liquor valeat ingredi.

Uideṫ quoqꝫ ꝙ cliſterizati ſitus melior ſit vt ſupinꝰ
iaceat: deinde reuoluat ſe ad latus dolens.

¶ Nũc tangit ſitũ cliſterizãdi: dicens ꝙ videṫ meliꝰ vt
cliſterizatus ſtet ſupinꝰ: deinde voluat ſe de latere in latꝰ.
¶ Pro pte nota ꝙ alter ẽ ſitus cliſterizãdi: ⁊ alter ſitus
cliſterizati. Nam cliſterizãdus dꝫ ſtare cuꝫ poſterioribus
eleuatis ⁊ ãterioribus depreſſis: ⁊ dꝫ ſtare ſuꝑ genua ſua
⁊ ſuper manꝰ a pte anteriori: cuius cã ẽ vt liquor melius i-
grediatur a ſurſum in deorſuꝫ. ſi tñ infirmus eſſet debilis
ipſo iacente nos oporteret ponere enema. Situs vero cli-
ſterizati duplex ẽ: quidã imediate poſt acceptiõꝫ cliſteris:
⁊ tunc deberet ille ſtare ſupinus: q: liquor melius poterit
detineri cum ſit quietior ſitus ꝓ retẽtiõe liquoris: ⁊ ille ap
pellaṫ ſitus cõis: q: corpora ſic cliſterizãda ꝺbẽt ſic ſitua-
ri. Alter vero ẽ ſitꝰ magis mediatꝰ vt poſtqꝫ liquor iã qui-
etatus ẽ ⁊ iam ſufficiẽter retẽtus: tũc moueaṫ infirmꝰ de
latere i latus: vt liquor bñ vndiqꝫ attingat inteſtina. Alter
ẽ ſitus magis ꝓprius qui fit rõne ꝓprij cãus: q: rõne do-
loris aut morbi in determinata pte ſic aſſumptus: ⁊ poſtqꝫ
infirmus ſtetit ſupinus dꝫ ſe voluere ad latꝰ dolẽs: vt ene
ma plus attingat ad alterã partẽ. Ad propoſitũ Aui. non
poſuit ſitum ꝓpriũ hunc: dans eum intelligere tãquã no
tum. Poſuit autem cliſterizati ſitum cõem: deinde ꝓpriũ
duꝫ dixit: deinde voluat ſe.

Gal. i libro de cliſteribus ⁊ colica capl'o quarto docet ſitũ cliſterizãdi dicẽs: Et tibi quidẽ neceſſariũ eſt qñ volueris inijcere cliſtere ⁊c. Mos aũt hodiernꝰ ẽ ad placitũ: ⁊ parũ obediṫ ꝓceptis medicoꝝ: quare ⁊c.

Et cliſterizãdi hora melior eſt cum eſt aeris frigidi-
tas: quoniã ſequeṫ inde vt augmẽtetur grauitas ⁊ do-
lor ⁊ eſtuatio ⁊ nauſea. Balneuꝫ preterea ſolet facere vt
ebulliãt humores ⁊ ſpargantṫ. Cliſteris quoqꝫ ꝯditio eſt
vt aerẽ ⁊ humores retẽtos attrahat. Et ꝓpter hoc ſm
plurimũ nõ eſt bonũ vt balneũ enemati premittas.

¶ Nunc tangit horaꝫ cõueniẽtem ꝓ cliſteri exhibendo:
dicẽs ꝙ melior hora cliſterizandi eſt aere exñte frigido ne
grauitas dolor nauſea ⁊ ſupercalefactio conſequanṫ. 2°
ponit aliã cõditionẽ dicẽs ꝙ balneũ diſpergit ⁊ facit ebul
lire humores: iõ nõ ẽ bonũ vt ꝓponas balneuꝫ enemati: ⁊
hoc ſm plurimũ. Dicit vltimo ꝙ cõditio cliſteris ẽ vt at-
trahat vẽtoſitates ⁊ hũores. ¶ Ad itellectũ partis notan-
dum ꝙ hora cliſteris põt ſumi ex multis. Primo ex diſpo
ſitione corporũ aut mẽbroꝝ. 2° ex parte ſtomaci: q: ſtoma
co exñte repleto nõ ẽ regulariter enema faciẽdũ: ne agiteṫ
cibus in ſtomaco: ⁊ indigeſtus attrahaṫ ad inteſtia niſi in
caſu ꝑꝑ ꝺbilitatẽ virtutis nos oporteret aliquãdo exhibe-
re cibũ. Itẽ ex parte corpoꝝ: q: cliſtere nõ ẽ exhibendum
corꝑe exñte valde debili: imo loco eius ponẽdum ẽ ſuppo-
ſitoriũ. Itẽ ſumiṫ hora ex parte aeris: q: cliſtere ſaltẽ acu-
tũ ẽ exhibẽdum hora ſuꝑiori: ⁊ maxime tẽpore multũ cali-
do. Cã tangiṫ in lr̃a ſicut ſupiꝰ etiã tpe exñte multũ frigi-
do dum ẽ aeris frigiditas minꝰ exhibẽdũ ẽ: q: tunc humo
res ſunt idiſpõres ad exitũ. Sumiṫ etiã hora ex parte al-
terius: q: cliſtere nõ ẽ faciẽdũ poſt balneũ imediate: q: cuꝫ
balneuꝫ hũores facit ebullire: eos ẽt diſpergit ⁊ trahit ad
exteriora. Cliſtere ſequẽs amplius nocebit calefaciẽdo: ⁊ ñ
bene educet cũ humores ad interiora vel exteriora ſint di
ſperſi. In cãu tamẽ quo eẽt doloris vehemẽtia poſſet ime
diate ſequi enema. Multotiẽs bonũ eſt ꝓmitti balneũ per
tẽpus multũ: q: preꝑabit ad enema aliqñ ⁊ diſſoluẽdo hu
mores ⁊ mãs. ¶ Ultĩo nota ꝙ cliſtere attrahit vẽtoſitatẽ
i. ẽ cã attractionis ⁊ expulſiõis vẽtoſitatis ad exteriora i-
citando virtutẽ expulſiuã: aut etiã attrahit ventoſitatẽ. i.
remouet diſſoluẽdo ſicut cliſtere factũ ex rebus carminã-
tibus ⁊ diſſoluẽtibus ventoſitatem.

Qꝺ ſiquis in iteſtinis puſtulas habẽs ipſo idiguerit
cauſa febris aut alicuiꝰ egritudinis ⁊ timuerit ne enema
retineaṫ: ſuperponere debet ano ſuo ⁊ femori ⁊ locis q̃
ſunt in circuitu ſpeltaꝫ calefactã cum panno.

¶ Docet nũc ſuccurrere cuidã defectui: dicẽs ꝙ ſiqs pa
tiẽs puſtulas in inteſtis ꝓpter febrẽ idiguerit cliſteri: aut
ꝓpter aliũ morbũ: ⁊ timeaṫ ne retineaṫ enema: dꝫ ſuo ano
ſupponere ⁊ etiã femori ⁊ alijs locis q ſunt in circuitu ſpel
tam calefactã cũ pãno. ¶ Pro parte nota ꝙ exñte puſtu-
la vel emoroyde ſopiṫ ⁊ ebetaṫ virtus ad expellẽdũ: q: cuꝫ
expellẽdo extendaṫ pars hñs puſtulas: aut tranſeat liquor
aut ſuꝑfluitas circa illã partẽ: tũc dolet illa ps. Pigritaṫ
ergo virtus ad expellẽdũ ne doleat. Et iõ per remediũ qꝺ
in hac parte poniṫ cõtingit primo ꝙ ꝓpter caliditateꝫ tẽ-
peratã ꝯfortaṫ virtꝰ ſenſitiua. Itẽ ꝑꝑ ſpeltã hñtẽ aliquam
abſterſiuã virtutẽ ꝓparaṫ enema extẽſiõi ⁊ expulſiõi: ⁊ bre
uiter incitaṫ virtus ad expellẽdum aliqualiter igiṫ ⁊c.

Scias ꝙ ſpelta eſt genus frumẽti quã quidã dicunt alicaꝫ quidam vero cãdaruſuꝫ: ⁊ ipſa calefacta adhibita ano femori ⁊ locis qui ſũt in circuitu trahit inferius enema retẽtuꝫ tam ſuo calore qꝫ ſibi inſita virtute attractiua: cuius ſignuꝫ eſt: q: ea repoſita in loco humido cito tumeſcit ⁊ germẽ emittit trahẽs ſibi humorem ⁊c.

Capituluꝫ 18m de epithimatibus.

Epithimata ſunt ex medicinis bonis que ad
ipſam perueniũt egritudinẽ.

¶ In pñti ca° Aui. determiat de quibuſdã
medicis q̃ exterius applicãtur. Et duo facit.
Primo determinat de epithimatibꝰ. 2° de
embrocis. ibi 2ª: embroce ſunt. Prima ps ꝯtinet ptes du-
as. Primo explicat epithimata bonas eſſe medicinas. 2°
ponit quedaꝫ iuuamẽta ⁊ modos epithimatũ ibi: ⁊ medici
na. De pª parte dicit ꝙ epithimata ſũt medicine bone ꝑ-
ueniẽtes ad morbũ. ¶ Pro pte nota ꝙ reperiunṫ iſta no
mina fomẽtatio: vaporatoriũ ſeu calefactoriũ: ſuffumiga-
tio: ẽplaſtratio: epithimatio: vnctio ⁊ ẽbrocatio: vñ fomen
tuꝫ nõ eſt niſi qñ medicamẽ ſic applicaṫ vt ꝑ ipꝫ queramꝰ
vaporatõeꝫ ſeu reſolutõeꝫ i vaporẽ ſicut qñ applicaṫ mul-
tuꝫ cũ camomilla vt fiat reſolutio. Suffumigatio nõ ẽ ali
ud niſi qñ medicamẽ qꝺ trãſmutatũ in fumũ: ⁊ iſte fumus
a mẽbro capiṫ aut panno ⁊ corpori applicaṫ ſicut qñ thus
aut maſtix iponiṫ prunis. Epithimatio vero eſt applicatio
liquoris ad corpꝰ aut ad mẽbruꝫ vt qñ balneaṫ pãnus i li-
quore ⁊ applicaṫ corpori. Emplaſtrũ aũt idẽ eſt ꝙ dura cõ
fectio medicinarũ: vñ vt in pñti ca° diciṫ vel poniṫ: ex eiſ-
deꝫ põt ꝯfici emplaſtrũ ⁊ epithima: ſꝫ epithima ẽ liquidũ:
emplaſtrũ vero duꝝ. Embroca ꝓprie eſt liquor cũ motu a
ſurſuꝫ i deorſuꝫ applicatꝰ mẽbro ſicut ſpõgia madefacta i
aqua camomille ⁊ exꝓſſa a ſurſuꝫ in deorſuꝫ: hoc vocatur
embroca. Unguẽtuꝫ vero ꝓprie eſt medicamẽ ꝯpoſitũ ex
re vnctuoſa ⁊ cera ⁊ eſt aliqualr ꝯſtans. Diciṫ aũt vnguẽ-
tuꝫ ab vngẽdo. Et differũt iſta medicamina quãtũ ad itẽ
tões quas vult medicus exigi. Nã ſi vult medicamẽ mul
to tpe operari: tũc facit ipm in forma duriori ⁊ fortiori vel
ꝯſtãtiori vel i forma ẽplaſtri: deĩde i forma vnguẽti: deĩde
i forma epithimatis: vltĩo i forma embroce. Si vero q̃rat
citã ⁊ ꝓfundã medicamĩs penetrationẽ: applicabit in for-
ma embroce tãquã i forma medicamĩs magis penetrãtis.
¶ Scꝺo nota ꝙ epithima diciṫ bonuꝫ medicamẽ: q: ſe-
curũ cuꝫ exterioribus applicaṫ. bonũ etiam q: penetrando
ſuaꝫ perficit operationẽ cuꝫ peruenit ad morbuꝫ.

Et medicina fortaſſe duas habet virtutes. vnã ſub
tiliatiuaꝫ ⁊ alteram ingroſſatiuã: ⁊ erit maior neceſſitas
ſubtiliatiue q̃ꝫ inſpiſſatiue. Cũqꝫ eius iſpiſſatio fuerit
tẽperans ſubtiliationẽ cuꝫ ex ea fiet emplaſtrũ penetra-
bit ſubtilitas ⁊ remanebit ſpiſſitudo: ⁊ illa quidẽ que pe
netrat cõfert ſicut facit coriãdruꝫ cuꝫ ordeo fracto cũ ex
eis fit emplaſtrũ ſuꝑ ſcrofulas. Emplaſtra preterea ſũt
talia qualia epithimata: ſꝫ emplaſtra ſũt dura ⁊ epithi-
mata currẽtia. Eſt quoqꝫ cũ epithimata fiunt cũ pãnis:
cũqꝫ mẽbris pricipalibꝰ ſuperponunṫ ſicut epati ⁊ cordi
⁊ nõ fuerit ibi qꝺ prohibeat conferunt pãni ſuffumigati
ex xilo aloe crudo ⁊ virtutibus epithimatuꝫ bonum tri-
buunt odoreꝫ queꝫ principalia diligunt.

¶ Nũc Aui. exequiṫ ponẽdo iuuamẽta ⁊ oꝑationes epi-
thimatũ. ⁊ pº tangit vnã oꝑationẽ. 2° ponit cõꝑationem

īter epithima ⁊ ēplaſtra. 3° tāgit ſpecialē cōditionē quorūdam epithimatū. ibi 2ª: emplaſtra p̄terea. ibi 3ª: cūq̄ʒ mēbris. De p̄ria parte dicit q̄ fortis medicina duas hʒ virtutes: ſupple cōtrarias. ſ. ſubtiliādi ⁊ ingroſſandi: ⁊ maior ē neceſſitas ſubtiliādi q̄ʒ ingroſſandi. Inſpiſſatiōe ergo tēpate ſubtiliationis ī hac medicina facta ēplaſtro penetrabit ſubtilitas nō penetrāte ſpiſſitudine hac ſubtilitate penetrāte cōferēte: ſicut facit ēplaſtrū factū ex coriādro ⁊ ordeo fracto poſito ſupra ſcrophulas. Dicit 2° q̄ emplaſtra ſunt talia qualia epithimata: ſed epithimata ſunt fluida currētia: emplaſtra vero dura. Dicit vlterius q̄ cōtingit epithimata fieri cū pānis. Ultimo dicit q̄ cuʒ epithimata ſupponūtur mēbris principalibꝰ vt epati ⁊ cordi nō exn̄te impedimēto: cōferūt pāni ſuffumigati ex ligno aloes crudo: ⁊ virtute epithimatū tribuētiū bonū odorē quē diligūt mēbra principalia. ¶ Pro intellectu partis nota q̄ vna medicina pōt habere virtutes cōtrarias: vt pʒ experiētia: vt q̄ partes exteriores ſint frigide ⁊ īteriores calide: vt pʒ de pſilio cuiꝰ cortex multa frigiditate p̄ticipat: ⁊ medulla multo calore: ⁊ in tali cāu nō ē incōueniēs frigide partis p̄uenire opationē: vt circūdata parte calida frigida nō inchoet aut expleat ſuā opationē. Aliquādo aūt ē ecōtra: q̄ pars corticalis ē calida: cētralis vero ⁊ interior frigida vt ī endiuia caule ⁊ multis alijs. Pʒ ēt ī p̄nti p̄p oſito q̄ coriādrū q̄d ē granū apud Mūdinū frigidū habēs virtutē ſubtiliādi ⁊ reſoluēdi per partē calidā: ⁊ inſpiſſandi ⁊ ingroſſandi p̄ partē frigidā. Fit ergo vt pars vna cōtraria per accidēs iuuet ad opationē alteriꝰ vt p̄te ſubtili eius penetrāte ſubſequēte groſſa cōſtipāte ⁊ poſtponente ſubtilior magis p̄funda ⁊ fortius operaṫ. Preuenit autē ſubtilis pars tāquā actiuioris opatiōis: ⁊ etiā eiꝰ p̄s ſubtilis calida facilius actuaṫ q̄ʒ frigida: cuius ꝯſimileʒ operationē tetigit Gal. 2° de ſimplici medicina: vbi vult oleum roſ. plus humectare q̄ʒ oleū non roſatū vel cōe: cū tn̄ hoc reſpectu cōe ſit ſiccuʒ: nō p̄pter aliā cām: niſi q̄ perueniente opatiōe olei ⁊ ſubſequēte preſſiōe p̄pter ſtipticitateʒ roſaꝝ maior ⁊ p̄fundior ſequiṫ humectatio. ¶ Ulteriꝰ nota q̄ quāuis coriādrum cū ordeo fracto q̄d hʒ virtutē abſterſiuā ⁊ reſolutiuā valeat ad ſcrophulas reſoluendas ap p̄rimatū exteriꝰ. Aſſumptū tn̄ interius actualr̄ ⁊ partibꝰ ſubtilibꝰ reſolutis cōſequiṫ coriādrū infrigidatio ⁊ nō calefactio. Iō exhibitū poſt cibū per ſuā virtutē infrigidatiuā p̄hibet ad caput euaporationē: ī quo coriādro virtꝰ ingroſſatiua temp̄at reſolutiuā: q̄ facit ip̄m tēperate ſubtiliare. Ex quo pʒ liquorē appoſitū mēbro quo mēbrū ē madefactū dici poſſe epithima: ſicut ſi ſit pānus poſitus in liquore ⁊ ſuppoſitus mēbro ſiue nō. pʒ q̄ dicit epithimata q̄n̄q̄ʒ ſunt cū pānis q̄n̄q̄ʒ nō. ¶ Ulterius nota q̄ dicit ⁊ ſi fuerit ibi q̄d p̄hibeat q̄ ſuffumigiū ligni aloes non ponaṫ cordi: pōt eē cōplo valde calida. ¶ Nota vlteriꝰ q̄ lignū aloes hʒ odorē valde aromaticū. Etiā ē vt puto a ſua forma cordiale. Si ergo cordi vel epati applicemus epithima q̄d ſit reſolutiuū aut alteratiuū intētiōe eorū ꝯſeruare aut refocillare virtutē epithimatibꝰ odorifera ſunt admiſcenda: aut epithimata mēbris applicanda ſicut ſuffumigiū ligni aloes. Et notāter applicaṫ ī fumo vt ſi euaporās fortē faciat operationē euaporātibꝰ etiā partibꝰ odoriferis ⁊ cordialibꝰ. Et notanṫ dictū ē crudū ne forte p̄pter decoctionē ſubtiles partes abijcianṫ. ¶ Ultimo nota q̄ mēbra p̄ncipalia diligūt bonū odorē: vt ſic dicā dilectione naturali nō q̄ habeant potētiā odorantē: ſed q̄ cuʒ odor fundeṫ in ſubſtātia vaporoſa conſimili ſpiritui: aut ēt ſit 2ª qualitas p̄portionata ꝯploni ſpiritui: iō naturaliter mēbra appetūt hunc odorem bonum ⁊c̄.

Sciaſ q̄ ī coriādro ē ſubſtātia ſubtilis profundās ⁊ ſubſtātia frida que nō p̄fundatur iuxta illud Aui. 2° huiꝰ caplo de coriādro. In ordeo vero eſt virtus ſubtiliatiua abſterſiua ⁊ reliqua: que vide a Gal. ī primo de elemētis caplo. vj. cū dicit: Ordeū aūt ſubtilē ⁊ abſterſiuū ⁊ aliquid habētem generat chimū: ⁊ hoc ex partibꝰ eius ſubtilibꝰ ⁊c̄. ⁊ a Serapione ī aggregatore caplo de ordeo ⁊ reliqua.

## ¶ Capitulū 19ᵐ de embrocis.

e

Embroce ſūt medicamēta ꝯgrua ei q̄d ex capite ⁊ alijs mēbris opʒ reſolui ⁊ illi cui cōplexionē neceſſariū eſt permutare.

¶ In parte p̄nti Aui. p̄ſequiṫ de alio medicamine exteriꝰ applicādo q̄d diciṫ embroca. Et diuidiṫ in duas. Prio Aui. tāgit operatōes ⁊ iuuamēta embrocaꝝ. 2° tangit ordinē applicādi ꝯrias embrocas. ibi 2ª: in mēbris aūt. In p̄ª parte dicit q̄ embroce ſunt cōuenietes medicine ad reſoluendū q̄d oʒ reſolui ex capite ⁊ mēbris alijs: ac etiā ꝯueniūt illi cuiꝰ neceſſariū ē p̄mutare ꝯplexionē. ¶ Pro parte nota q̄ in p̄nti parte ꝯcipiṫ iuuamentū ⁊ operatio embrocaꝝ. nā h̄nt alterare ſm̄ diuerſitatē eoꝝ q̄ ī grediunṫ embrocas. pʒ ēt 2° q̄ ſūt magni vigoris cū h̄eant reſoluere mās capitis ⁊ alioꝝ mēbroꝝ ⁊ profundas eradicare mās. Propter q̄d dubitaṫ vtrū embroce ſint forte remediū? Et videṫ p̄° q̄ ſic ex Aui. loco p̄nti. Q̄d nō ex auctoritate Auic. 13ª tertij ca° gnāli de curatiōe mēbroꝝ ſtomaci ad p̄cipiuʒ vbi vult embrocas eē debile medicamē liquidū ab alto p̄iectū ſupra mēbruʒ. ¶ Scd̄o ex heri dictis nota q̄ medicamē quātū p̄tinet ad p̄poſitū pōt dici forte: q̄ fortis ⁊ cite operatiōis ⁊ impreſſionis. 2° forte q̄ ꝯſtās ⁊ p̄manēs ī opando. Penes hāc diſtīctōeʒ ſunt ponēde due ꝯclōnes. Pria: ēbroca ē forte medicamē mō prio. hec ſit pro mēte Aui. loco p̄nti. 2ª: embroca ē debile medicamē mō 2°: q̄ eius ſubſtātia fluida ⁊ liq̄da ē modice p̄manētie. hec ſit p̄ mēte Aui. 13ª tertij.

In mēbris aūt q̄ embrocare oʒ ex calido ⁊ frigido ſi nō in eis fuerit ſup̄fluitates q̄ deſcēdāt fiat prius embroca ex calefacto: deinde fiat ex aqua frigida vt ꝯſtringantur. q̄d ſi res diuerſa fuerit a frigida incipiaṫ.

¶ Nunc ponit ordinē applicatiōis embrocaꝝ ꝯtrariaꝝ: dicens q̄ in mēbris egētibꝰ embrocatiōe calida ⁊ frigida ſup̄fluitatibꝰ nō fluētibus ſed defluxis p̄° fiat embrocatio ex calida: deinde ex frigida ꝯſtringēte mēbra. Si tn̄ res ſit diuerſa ab hoc: q̄ humores deſcendant ⁊ ſint in fluxu: p̄° a frigida ēbrocatiōe īchoandū ē. ¶ Pro parte prio nota q̄ mā exn̄te fluxa mēbra egent calefactiōe vt apiantur pori ſubtilieṫ mā ⁊ reſoluaṫ. Embroca igiṫ calida dʒ precedere frigidā cū frida nō iuuet: īmo noceat huic opatōi. Ueruʒ q̄ mēbrū ē debilitatū p̄pter aptionē a calido factā vt mēbrū iuueṫ ⁊ fortificeṫ eget embroca cōſtipante iuuāte ⁊ īfrigidāte. Si vero mā ſit in fluxu cū ītētio ſit repercutere ⁊ p̄hibere fluxū primo frigida embroca ē mēbrū ēbrocandū ⁊ nō calida: q̄ fluxus materie eſſet maior. hanc ſcd̄am ſn̄iam ponit Auic. 22ª tertij. c. de curatiōe doloris iuncturarū ſatis ad principiū per colūnam: ⁊ hoc quidē vt plurimū q̄ materia exn̄te valde frigida ⁊ exn̄te in fluxu nō ē īconueniens calidam ⁊ ſtipticam applicare medicinam: vt colligitur 3ª fen quarti can. ⁊c̄.

Scito q̄n̄q̄ʒ in eadeʒ egritudine ſuper ideʒ mēbrū ꝯuenire diuerſas embrocas. Prio q̄dē frigidas: poſt tēperatas: deinde calidas ſicut ī freneſi iuxta illud Aui. p̄ria tertij tractatu tertio caplo d̄ cura eiꝰ.

## ¶ Capitulum 20ᵐ de flobothomia.

f

Flobothomia eſt euacuatio vniuerſalis que multitudineʒ euacuat.

¶ In p̄cedētibus Aui. determinauit de ſolutione vētris ⁊ vomitu curā ītēdēs male cōplexiōis cū mā exn̄tis que curaṫ vel eūando mām vomitu vel ſolutōe vētris: In p̄nti parte determiat de flobothomia ⁊ eūatiōe ſibi ānexa. Et prio cōtinet hec p̄s partes duas. Nā prio determinat de eūatiōe p̄ flobothomiā. 2° de eūatiōe p̄ ventoſas ⁊ ſanguiſugas tāquaʒ de ānexis eūationibꝰ flobothomie. ibi 2ª: ventoſe partem cutis. Capitulū primū cōtinet tres partes p̄cipales. In p̄ria tangit iuuamēta ⁊ opatōes flobothomie: ⁊ ponit can̄. attēdēdos rōne eius q̄d eūatur. 2° tangit can̄. attēdēdos rōne partiū que flobothomanṫ: aut a quibꝰ eūaṫ. 3° ponit can̄. attēdēdos rōe inſtrumēti cū quo ſit flobothomia. ibi 2ª: ⁊ debes ſcire. ibi 3ª: ſcias ēt q̄ flobothomꝰ. Pria ī duas. In primo facit q̄d dictū ē cū hoc ponēdo cāus ī q̄bus cōpetit flobothomia. 2° ponit can̄. attēdēdos rōne eiꝰ q̄d eūatur. ibi 2ª: flobothomia quoq̄ʒ ⁊ eūatio. Pria ī duas. Primo ponit iuuamēta magis gnālia. 2° in ſpāli magis. ibi 2ª: ⁊ nemo quidē. Pria ī duas. Naʒ primo ponit opationes flobothomie. 2° exponit quoddā vocabulū poſitū in diffinitiōe. ibi 2ª: multitudo vero ē augmentū. Dicit p̄° q̄ flobothomia ē vniuerſalis ⁊ gnālis eūatio euacuās multitudinē humoꝝ. ¶ Ad intellectū partis nota q̄ flobothomia dr̄ vniuerſalis eūatio: q̄ multū eūans a mēbris corporis ſiue toto: vt 5ª affo. ꝯmēto 2° ſatis ad principiū ⁊ 2° regiminis acutoꝝ cōmēto xj° ſatis ad ſinē. Et ē cā p̄tis q̄ oēs vene cōtinuitatē h̄nt ad inuicē: ſanguis ēt cōtentus ī venis hʒ quādaʒ ꝯtinuitatē cuʒ partiali ſanguie: iō aliqualr̄ partes fluentes ſanguinē trahūt ⁊ faciūt aliū fluere: ⁊ in illo partialr̄ ꝯuenit flobothomia cuʒ farmacia. nam farmacia etiaʒ pōt eūare a toto. Diciṫ ēt 2° vniuerſalis eūatio q̄ generalr̄ omēs educit humores ⁊ nō eligit aliquē: ex quo differt a farmacia que euacuat a forma ſpecifica determinatū humorē. flobothomia aūt eūans a venis multos educit humores. ¶ Hic tn̄ nota q̄ flobothomia lʒ poſſet dici a toto eūare: plus tn̄ ⁊ īmediate euacuat a p̄te p̄p̄iquiori eradicādo māʒ p̄tis p̄p̄iquioris. ⁊ iſtud colligiṫ p̄ parte 2° regiminis acutoꝝ cōmento xj° circa ſinē. ¶ Tertio nota q̄ lʒ flobothomia hūoꝝ eūet multitudinē cōuenit ēt peccato qualis p̄° p̄ quale ītelligēdo q̄le gnāle. nā flobothomia nō euacuat niſi nocentē humorē aut nocitiuū. Cōuenit ergo gnāli peccato qualis. Itē ꝯuenit peccato qualis ſpāli. Fit eim flobothomia ſanguie ebulliēte: vt ſanguis cuēteṫ ⁊ nō putreſiat: ſicut farmacia debeṫ peccato quāti ⁊ pc̄to q̄lis. Nā prio pc̄to quāti gnālis q̄ oē nocitiuū ⁊ peccās ī quali ſicut ſup̄fluū quātū ē a corpore eijciēdū: vn̄ medicia nō ē aliud q̄ʒ attractio vel eductio: vt. xj° terapē. Itē cōuenit pc̄to quāti ſpālis. nā farmacū cōpetit humore peccante p̄ quātitatē ſuā: q̄ tn̄ nullū videṫ farmacū ad oium humoꝝ multitudinē educēdā debitū ⁊ cōueniēs: ſʒ hoc debite facit flobothomia: iō dictū ē flobothomiā multitudinē humoꝝ eūare. ¶ Item nota q̄ per multitudinē humoꝝ nō ſoluʒ habemꝰ ītelligere multitudinē oīuʒ humorū ſimul: vt hic ītelligit Aui. ſʒ etiaʒ augmētum humoꝝ maius q̄ʒ in corpore ꝯuenit eſſe vt ſanguis: huiuſmodi eniʒ augmēto cōuenit flobothomia.

Multitudo

UVA. BHSC. IyR_006_1

Sciaſ tm̄ hic vl/tra dicta magiſtri ꝙ declaratio flobothomie poſita ab Auic. nō ē ꝓpria ipſiꝰ diffinitio: qꝛ cōuenit alijs a declarato vt fluxibꝰ ſanguis ꝑ nares per menſtrua ꝑ emoroydas ⁊c̄. ſed ē quedā ſuꝑficialis notificatio quaꝫ ſic potes ſi uis quodāmodo ad equare diffinito. Flobothomia eſt euātio vniuerſalis multitudinē humoꝝ euacuans ꝑ apertōeꝫ vene cuꝫ lāceola certa intentiōe aperiēdi eam que multitudinē humoꝝ euacuat ⁊c̄.

Multitudo auteꝫ eſt augmentuꝫ humoꝝ ſuꝑ equalitateꝫ ipſorum in venis.

Nunc notificat vnū vocabulū in deſcriptiōe poſitū: dicēs ꝙ multitudo ē humorū augmētū ſuꝑ equalitatē in venis. Pro parte nota ꝙ augmētū ſupra equalitatem pōt intelligi dupl͛r. Uno mō ſuꝑ equalitatē. i. ſuꝑ equam quātitatē humoꝝ cōſimili ꝓportione ſeruata: vt quātum augeť flegma tm̄ augeť ſanguis ꝓportional͛r: ⁊ ſic ꝺ alijs: ⁊ tale augumētū diciť vera plectoria cui vere cōuenit flobothomia cū farmacia nō poſſit has quattuor ſuꝑfluitates euāre vel humores. 2° per tale augmentuꝫ intelligere poſſumꝰ augmētū ſupra equalitateꝫ. ſ. debite ꝓportionis adinuicē humorū: ⁊ huic multitudini aliqn̄ cōpetit flobothomia: aliqn̄ farmacia. Sanguīe eiꝫ ſolo augmētato per ampliꝰ nō ē ſibi appropriata farmacia: ſed cōuenit flobothomia. Alijs aūt humoribꝰ exauctis nō peccāte ſanguīe ſolū cōuenit farmacia. Flobothomia enim nō cōuenit qꝛ ⁊ ſi peccantē educat humorē nimium euābit de ſanguine. Primo ergo intelligit Aui. multitudinē tāquā illā cui appropriať flobothomia. Scđo diceret quis cuꝫ hūores ſūt extra venas quare Auic. dixit multitudinē humorū ī venis? Eſt breuiter dicēdū ꝑ° ꝙ hic loquutus ē de multitudine cui cōuenit flobothomia. talis aūt ē ml͛titudo humorū in venis cū euet a venis: ideo tantuꝫ de humoribꝰ venarū loquutꝰ ē: qm̄ humores exn̄tes extra venas cū ſint ꝑter naturā facti ſunt potius educēdi farmacia. Qꝺ vero mutētur ꝑter naturā ſaltē ſanguinis: pꝫ 6ª affo. cōmēto illius affo. Si in vētrē ſanguis effundať ꝑter naturā neceſſe ē in ſaniē ɔuerti. Hic tm̄ nota ꝙ lꝫ flobothomia īmediate euacuet a venis vt dictuꝫ eſt ex cōſequēti tamē inanitis venis pōt euacuare materiā extra venas ipſa intrāte venas: vt colligiť tertia quarti de cura heriſipile ⁊ 4° ꝺ regimine ſanitatis ad finem.

Et nemo quidē ē flobothomādus niſi vnus duorū: Unꝰ eoꝝ ē egritudinibꝰ ꝑparatꝰ: qui cū ipſius ſanguis multiplicatꝰ fuerit cadet in eas: ⁊ alter ē cadēs in eas. Unuſquiſqꝫ aūt eorū aut flobothomať ꝓpter ſanguīs multitudinē: aut ꝓpter ipſiꝰ maliciā: aut ꝓpter vtrūqꝫ.

Nunc ponit ſpālia iuuamēta tangendo cāſ ī quibus cōuenit flobothomia. Et diuidiť ī duas. Prīo Aui. tāgit duos gnāles cāus ī quibus cōuenit flobothomia. 2° ſpecificat dicta ſua: ibi ⁊ his quidē. Prima in duas. Naꝫ primo facit qꝺ dictū eſt. 2° tangit cāſ quare illa corꝑa ſunt flobothomāda. ibi 2ª: vnuſqſqꝫ autē. De ꝑª dicit ꝙ nullus flobothomať niſi ꝗ eſt aptꝰ cadere ī morbos ſanguine eiꝰ multiplicato: aut qꝛ actual͛r hꝫ morbū ꝓ cuiꝰ cura egemus flobothomia: ⁊ cuilibꝫ illoꝝ ɔuenit flobothomia: aut ꝓpter ſanguinē multū aut ꝓpter maliciā eius ſuꝑple qualitatiuā aut ꝓpter vtrūqꝫ. Pro parte nota ꝙ cū flobothomia ſit quedā euātio ipſa reſpicit repletionē. Cuꝫ vero oīs repletio ſit aut quo ad vaſa aut quo ad virtuteꝫ: vt ſumiť 2ª primi ca° de his ꝗ ꝓueniūt ex repletōe. ⁊ 2ª affo. cōmēto 17°: iō flobothomia aut ſit ꝓpter ſanguinē multū: ⁊ ſit ꝓpter repletionē quo ad vaſa: aut ꝓpter maluꝫ ſanguineꝫ: ⁊ ſit ꝑꝑ repletionē quo ad virtutē: aut ꝑꝑ vtrūqꝫ vtraqꝫ ɔcurrente repletōe. Scđo nota ꝙ cū repletio ſit remouēda: aut qꝛ ledit leſiōe ſenſibili vel iſenſibili ꝑter nām: vel etiā qꝛ ſit leſura: iō flobothomia ſit vel ꝓpter corpora actual͛r egra vel parata cadere in morbos: ſiue ſint neutra decidētie: ſiue ſana nūc: ſiue multū lapſa. Uere antē ⁊ ꝑfecte ſanis vtētibꝰ ꝑfecto regimīe n̄ ɔuenit flobothomia: īmo exercitiū ⁊ fricatiōes: vt colligiť 3ª primi ca° de exercitio.

## Dubitatur an quis ſit flobothomādus ꝗ nō ſit flobothomādus ꝑꝑ multū ſanguinē ⁊ maluꝫ?

Affirmatiue arguiť auctoritate Aui. 3ª q̄rti ca° de cura flegmonis. ⁊ auc͞te Gal. 13° de ingenio ſanitatis. c. ij. vbi vult ꝙ cū moderatōe exn̄te ɔuenit flobothomia. Scđo ſic: alicui non egēti flobothomia ɔpetit flobothomia: ergo ⁊c̄. Cōſeq̄ntia nota: qꝛ oīs ꝗ flobothomať nō flobothomať ꝑꝑ ſanguinē ml͛tū ⁊ maluꝫ: tm̄ eget flobothomia. Añs pꝫ ꝑ dicta īferiꝰ illo ca° vt ꝗ hꝫ apa. Ad oppoᵐ ē Aui. Rn̄dēduꝫ ꝙ oīs ꝗ flobothomať: flobothomať ꝑꝑ ſanguinē multuꝫ ⁊ malū ꝑ͛cipal͛r exn̄tē ī ꝑte aut futuꝝ eſſe. Ex quo ſolunť obiecta qꝛ ꝑcuſſiōe aut caſu corpore exn̄te tꝑato lꝫ nō ſit repletio ī toto: qꝛ tm̄ futura ē ī ꝑte ꝑꝑ māꝫ fluentē: iō cōuenit flobothomia. Sic ēt dicēdū ꝙ aliqs nō egēs flobothomia. ſ. ꝑꝑ ſanguis repletiōem: eget tm̄ flobothomia ꝑꝑ futurā repletōeꝫ aut apationē maiorē ī ꝑte. vel 2° dicēduꝫ ꝙ oīs flobothomia ꝑ quā ītendiť euātio ⁊ abſolute hūoꝝ remotio ſit ꝑꝑ alterā cāꝝ. Illa tm̄ ꝗ ſit cā diuerſiōis nō neceſſario ſit ꝓpter aliqꝺ iſtoꝝ exn̄s ꝑ͛cipal͛r: ergo dicēduꝫ Aui. hic loq de ꝑª. de 2ª vero ɔcludūt argumēta.

Et his quidē egritudinibꝰ preparatꝰ ē ſicut qui ē expoſitꝰ ſciatice ⁊ podagre fortibꝰ ⁊ artetice ſanguīeis: aut ille cui accidit ſputuꝫ ſanguineū ex fixura vene ꝗ in pulmone eiꝰ exiſtit tenuiter ɔſolidata: qm̄ cū ipſiꝰ multiplicabiť ſanguis findeť: ⁊ apti epilepſie ⁊ apoplexie ⁊ melācolie cū ſanguis multitudine: ⁊ ſquinātie ⁊ apatibꝰ interioꝝ ⁊ obtalmie calide: ⁊ ex eis quibus emoroidaꝝ ſanguis qui fluere ſolebat ē retētꝰ: ⁊ mulieribꝰ quibꝰ menſtruꝰ ſanguis ē reſtrictꝰ. hoꝝ tm̄ colores nō demōſtrant ꝙ flobothomari debeāt ꝓpter ipſoꝝ obſcuritatē aut albedinē aut viriditatē. ⁊ illi qui ī iterioribus mēbris cum ɔpl͛one calida debilitatē patiunť. nā iſtis meliꝰ ē vt ī vere minuanť lꝫ ī has nōdū inciderit egritudines.

Superiꝰ numerauit Auic. corꝑa quibꝰ flobothomia ē ɔueniēs in gnāli explicādo cāſ ꝓpter quas flobothomāť: nunc determīat magis ī ſpāli alioꝝ corporū tangēdo diſpōnes ꝓpter quoꝝ ꝑuiſionē oꝫ nos facere flobothomiā. Et cōtinet hec pars ꝑtes duas. Primo facit qꝺ dictū ē. 2° penes flobothomiā cōꝑat corꝑa ad inuicē actual͛r egrotantia ⁊ egrotatura. 2ª ibi: ⁊ debes ſcire. Prima ī duas. Prīo tāgit corpora quibus debeť flobothomia ꝑuiſiua ꝑ quā magis intēdimꝰ remouere repletionē. 2° quibꝰ magis cōuenit flobothomia diuerſiua. ibi 2ª: ⁊ illis. Prima in duo. ꝑ° facit qꝺ dictū ē. 2° tāgit cōueniētē horā flobothomie. 2ª ibi: nā iſtis meliꝰ ē. Prima in tot quot cāus ⁊ morbos explicat ꝑꝑ quos ꝑmittere debemus flobothomiā. Sine partiū aſſignatiōe dicit ꝺ toto ſic: ꝙ ꝑatus his morbis. ſ. ꝑꝑ quos oꝫ ꝑmittere flobothomiā ne accidat in morbos ē ille qui ē paratus ſciatice podagre ⁊ artetice. Et cāus ſcđs ē ille cui accidit ſputū ſanguinis ꝑꝑ rupturam vene debiliter cōſolidate ī pulmone. eius eniꝫ multiplicato ſanguine vena ſcindiť. Itē flobothomādi ſunt illi ꝗ ſūt apti apoplexie: epilepſie: melācolie cū ſanguīe multo. Itē apti ſquinantie apatibꝰ īterioribꝰ ⁊ obtalmie calide. Item cōuenit flobothomia his quibꝰ ſanguis emoroidalis ſolitus fluere reſtrictus ē. Itē mulieribꝰ quibus ſanguis mēſtruus ē reſtrictus conuenit flobothomia quāuis colores horū corpoꝝ ī quibus ſanguis ē reſtrictus nō on̄dant huiuſmodi corpora flobothomāda eē ꝓpter eorū obſcuritatē albedinē aut viriditatē. Itē habētes debilitatē in mēbris interioribꝰ cū calida cōpl͛one egēt flobothomia. Dicit vltimo ꝙ melius ē flobothomare illa corꝑa ī vere dato ꝙ n̄ ſint egra his morbis. Ad intellectū partis nota ꝙ flobothomia cōuenit aut ſolo peccāte ſanguine ex ꝑte quātitatis: aut alijs peccantibꝰ humoribꝰ: ſed ſanguīe principaliꝰ vel alijs peccātibꝰ humoribꝰ principal͛r ⁊ peccante ſanguine. Prīo ꝙ in his oībus ɔueniat flobothomia notatū eſt: vñ ſtāte peccato ſanguini ſꝫ vnāquāqꝫ febrē ɔuenit flobothomia vt ſumiť xj° terapētice. Ad ꝓpoſitū flobothomia ꝗ cōuenit ꝑuiſiōe morboꝝ in ꝑte dictoꝝ ē aut rōne primi: aut ſcđi: aut tertij ſꝫ ꝙ ſtatiꝫ diceť ī ꝑte. Propterea ⁊ ſcđo notādū ꝙ artetica ē nomē gnāle ad podagrā ⁊ ſciaticam. Nā artetica quaſi articuloꝝ paſſio. In ſcia aūt ⁊ in pede ſunt articuli. Paſſio tm̄ podagrica ⁊ ſciatica dici pn̄t artetice. Arteticas tm̄ ab alijs articulis pedū ⁊ ſcie dearticulauit Aui. paſſiōes. Tertio nota ꝙ duplici intētiōe cōuenit flobothomia. Nā primo, ex quo paſſiones venture ſunt aut debēt eē ſanguinee cōuenit flobothomia vt euacuetur ſanguis qui aptus erat facere hos morbos. Itē qꝛ hi morbi erāt futuri fortes cōuenit flobothomia ne ꝓpter fortitudinē morboꝝ trahať multa mā ſanguinea fortaſſe apatura illa mēbra. Et notāter dictum ē ſanguineis: qꝛ ſi ſint ex mā alia nō ſanguinea vel nō peccāte ſanguine nō cōuenit qꝺ poniť in ſcđo can̄. vt notatū ē. Sed ꝓpter 3ᵐ nota ꝙ flobothomia nō cōuenit qꝛ principal͛r peccet ſanguis vt colligiť ex parte: ſed qꝛ cū pc͞to ſanguinis ē ēt peccatuꝫ alioꝝ humorū. Hic tm̄ iungēdū ē ꝙ ſi alij peccēt humores cū ſanguine ⁊ nō recedūt multū a nā ſanguīs cū ſint educibiles ꝑ flobothomiā ɔuenit flobothomia. Si vero multū recederēt a nā ſanguinis ⁊ cū hoc eēt peccatū ſanguīs: nō cōpeteret flobothomia niſi ratione ſanguīs peccantis.

¶ Exequitᷣ Aui. tãgẽdo cãs haꝝ oppilationũ. Et primo facit hoc. 2º tãgit cañ. erroris correctiuũ. ibi 2ª: oʒ auteʒ. Dicit primo ſine vlteriori diuiſiõe ꝙ malitia multoꝝ humorũ remouetᷣ per euãtiõʒ flõmie aut vẽtris. Si vero humores ſint groſſi egẽt reſoluẽtibus. Si vero ſunt viſcoſi ⁊ maxime ſubtiles ĩdigẽt ĩciſione. Et certe tu iã ſciuiſti differẽtiã inter groſſuʒ ⁊ viſcoſuʒ 2ª primi dũ loquebatᷣ d͛ vrinis. Nã ẽ talis differẽtia qualis ẽ ĩter gluten ⁊ lutũ. nam gluten ſubtile ẽ ⁊ viſcoſũ: lutũ vero groſſuʒ ⁊ nõ viſcoſũ. Groſſo neceſſariũ ẽ reſolutiuũ ſubtiliãs ipm ⁊ faciẽs eius facilẽ expulſionẽ: viſcoſo aũt neceſſariũ ẽ inciſiuũ vt penetrãdo inter viſcoſuʒ ⁊ mẽbri ſuꝑficiẽ vnũ ſeparetᷣ ab alio: ⁊ viſcoſuʒ diuidatᷣ in ꝑtes paruas eo ꝙ viſcoſum oppilat ⁊ adheret ⁊ cõtinnũ ẽ in ſuis ꝑtibꝰ. ¶ Pro ĩtellectu ꝑtis vt vitetᷣ dubiuʒ: primo nota ꝙ multitudo humoꝝ quedã dicitᷣ abſolute multitudo que nõ ẽ aliud q̃ʒ oĩum humorũ ꝓportionalis excreſcẽtia vel humoris abſolute multi ſicut ſanguis cui vt ẽ notũ debetᷣ flõmia. Nã flõmia ẽ euacuatio vniuerſalis que multitudinẽ humoruʒ euãt: vt dictũ ẽ ſupra. c. de flõmia ad principiũ. Quedã vero vocatᷣ multitudo ꝭʒ quid dicta excreſcẽtia talis vel talis hũoris. Ad ꝓpoſitũ cũ dicit hic multitudinẽ hũorũ intelligit multitudinẽ cõem ad primũ aut ſc͛m. ¶ Sc͛o nota ꝙ ꝑ fluxũ vẽtris ĩtelligit quãcũq; aliã euãtionẽ a flõmia vt ſit ſenſus ꝙ humor multꝰ oppilãs aut euãtur per flõmiã aut aliam euãtiõeʒ: q꞉ tñ cõtingit humores multos euãri vt plurimũ fluxu. ſ. vẽtris: iõ ſolũ de fluxu ventris ĩ textu facit mentionẽ. ¶ Tertio nota ꝙ cũ multitudo ſit quid p͛ter nãm cõuenit ſibi euãtio vt ſibi oppoſita. Nã res ꝑ̃ter nãʒ indicat ꝑ cõtrariã ablationẽ ſui: vt colligitᷣ 8º terapẽ. que euãtio aliqñ fit ab arte. ſ. nõ potẽte nã q꞉ aliqñ hec multitudo ab ipa natura ſuꝑatᷣ. ¶ Ulteriꝰ nota ꝙ reſolutio põt ſumi dupliciter quãtũ ẽ in ꝓpoſito. p͛º ꝓprie pro cõuerſione humoꝝ ĩ vaporẽ mediãte caliditate multa: ⁊ iſto mõ ſumit Aui. medicinã reſolutiuaʒ cañ. 2º. c. 4º. ⁊ ẽt Gal. 7ª affo. ꝯmẽto. 59º. 2º capitᷣ reſolõ ꝓ diſſolutõe ſeu ſubtiliatõe: q̃ ſubtiliatio fit ꝑ caliditatẽ tꝑatã. ſ. reſpectu caliditatꝭ reſoluẽtis vt colligitᷣ 2º cañ. allegato. c. ad ꝓpoſituʒ applicãdo cũ intentio ĩ groſſo ẽ ſubtiliare: iõ. A. per reſolutionẽ ĩtelligit diſſolutionẽ ſeu ſubtiliationẽ. ¶ Ulteriꝰ nota vt tãgitur in parte ꝙ viſcoſuʒ oppilat: aut q꞉ adheret: aut etiã q꞉ valde cõtinuũ ⁊ tenax exñs ſui cõtinuitate ꝓhibeat trãſitũ ꝑ viã: iõ merito duplex intẽtio habetᷣ ĩ viſcoſo. Una ẽ ad ſeꝑandũ ĩter partẽ cui adheret ⁊ viſcoſuʒ q͛d facit medicina inciſiua ꝑ ſuas ꝑtes ſubtiles penetrãtes ĩ medio viſcoſi ⁊ mẽbri ſe ponẽdo. Sc͛aʒ etiã oꝑationẽ facit ĩciſiuũ cã cõſimili viſcoſuʒ ĩ paruas diuidẽdo ꝑtes. Harũ tñ operationũ vna ẽ principalior alia. nã cũ viſcoſuʒ oppilet maxime q꞉ adheret: iõ principalis oꝑatio ĩciſiui in remouendo oppilationẽ ẽ ſe ĩterponere ĩter ꝑtẽ cui adheret ⁊ viſcoſum. Et iõ dato ꝙ inciſiuũ nõ oꝑaretᷣ ꝭʒ oꝑationẽ adhuc remoueret oppilationẽ: ſʒ ſi oꝑaretᷣ oꝑationẽ ſc͛aʒ adhuc adhereret ⁊ remaneret oppilatio: q꞉ dato ꝙ viſcoſuʒ ſeparetᷣ in ꝑtes adhuc ille ꝑtes adhererẽt mẽbro. ¶ Ulteriꝰ nota ꝙ notãter ẽ dictũ maxĩe ſi fuerint ſubtiles: q꞉ ſi humores fuerint groſſi viſcoſi: tũc nõ ſolũ ſufficeret ĩciſiuũ: ĩmo etiã requireretᷣ ſubtiliatiuũ q͛d opponeret ſe groſſo. Aut etiã ẽ hoc dictũ q꞉ viſcoſuʒ ſubtile maxĩe aptũ ẽ ĩprimere ⁊ adherere: iõ maxĩe ſibi conuenit inciſiuũ: q꞉ maxĩe adheret ⁊c̃. ¶ Ulteriꝰ nota dr̃iaʒ eſſe ĩter ĩciſiuuʒ ⁊ ſubtiliatiuũ: q꞉ ĩciſiuũ hʒ variare ꝯtinuitatẽ hũoris ĩciſi. hʒ eiʒ diuidere hũoreʒ ĩ ꝑtes: ſʒ ſubtiliatiuuʒ hʒ ſubtiliare dato ꝙ remaneat ꝯtinuitas hũoris: Iteʒ ĩciſiuũ nõ variat eſſentiã hũoris ſʒ ſolũ ĩcidit ipʒ ĩ ꝑtes: ſʒ ſubtiliatiuũ ſubtiliando variat hũoris eſſentiaʒ ſaltem hũoris ꝑmutãdo modũ ſubſtãtie: ⁊ ſic alia eſt oꝑatio ſubtiliãdo ⁊ alia ĩciſio.

## Dubitatur vtrũ ea que ponũtur in parte habeãt remouere oppilatõeʒ?

Q͛d non arguitᷣ: q꞉ tm̃ aꝑitiuã hñt remouere oppilatiõeʒ: ergo ⁊c̃. Añs videtᷣ eſſe notũ cũ nihil vr̃ opponi oppilatõi niſi aꝑtio. Tʒ ꝯña: q꞉ q̃

Scias hic ꝭm Gẽtilẽ ꝙ ſi malitia humoꝝ ſit in quãto ⁊ ĩ quali: prius tũc vtimur ſubtiliatõe ⁊ apertione deinde euõne: nõ vt ſoluʒ oppilatio remoueatur per euõneʒ ſʒ vt exoneretur virtꝰ ⁊ fiat potentior ſupra reſiduũ: vel q꞉ poſſit dari medicina eradicatiua ex qua poſtea oĩo oppilatio remoueatᷣ. Si vero ſit malitia in quãto ſoluʒ fieri poterit euãtio ſine illis. hec ille ⁊c̃.

Triplex eſt opilaº

UVA. BHSC. IyR_006_1

eūant nō apiunt. ¶Oppoſitū arguit̄ ex Aui. in lr̄a. Pro dubio nota ex. A. 2° cañ. c. 4° ꝙ medicīa dicit̄ apitiua dupliciter. Prio ꝓprie: ⁊ eiꝰ ē mouere mām oppilātē ad exteriora ſeu mām exn̄tē ītra cōcauitatē remouere faciēdo cōcauitatē remanere aptā. Scđo aūt ⁊ minꝰ ꝓprie oīs medicina remotiua hūoris oppilātis: aut remotiua diſpōnis humoris qui oppilat dici pōt aperitiua: iō medicina abſterſiua vocat̄ aperitiua. Medicina etiā inciſiua ⁊ etiā materie euacuatiua ⁊ humoris pōt dici aperitiua. Ex hoc pꝫ ſolutio ad ratione ante oppoſitū. Nā tantū aperitiua primo mō aut ſcđo mō cōueniūt in cura oppilationū.

**Dubitatur vtruz inciſiua medicina** ſit dāda ꝓ remotiōe oppilatōis ab humore viſcoſo? Q̄ð ñ arguit̄: q: abſterſiua medicīa ī hoc cāu ꝯpetit: ergo ⁊c̄. Cōſequētia nota: ⁊ aſſūptū colligit̄ ex noticia medicīe abſterſiue. Nā ipa hꝫ remouere hūores viſcoſos ⁊ congelatos a ſupficie mēbri. In oppoſitū ē. A. ⁊ ē tenēdū ꝙ in tali cāu cōueniūt inciſiua vt pꝫ ex dictis. Et ad obiectū dōm ꝙ ī remotiōe oppilatiōis cōuenit abſterſio ⁊ inciſio ⁊ remotio ptis a parte cui adherēt ⁊ diuiſio viſcoſi ſeu ptis. Et quia hec duo pñt cōpleri per īciſionē tm̄: iō ipe de ipa fecit mētionē ⁊ nō de abſterſiua. ¶Uel dōm ꝙ de rōe medicine abſterſiue ē remouere humores viſcoſos nō a cōcauitate ſed ab orificijs poroꝝ exn̄tiū in ſupficie mēbri: q: ergo humor viſcoſus oppilās ē in cōcauitate membri ſibi potius debetur īciſio q̄ʒ abſterſio.

Scias tñ ꝙ medicina que ꝓuenit a mā ſtiptica ꝯprimēdo ſiue exprimendo vel ꝯgregādo vel etiā penetrādo abſtergit ⁊ maxime hūiditates ſubtiles: groſſa aūt ñ: occurrēte eiꝫ ſtiptico ipſe magis apte ſūt cōgelari ⁊ imobilitari q̄ʒ fluere: ideo ſubtiles materie abſtergunt̄ a ſtiptico ⁊ nō ſoluz exn̄tes in ſuperficie ſꝫ ī ꝯcauitate ex eo ꝙ faciliꝰ repūt per poros nō ſic groſſe: ⁊ hoc ꝓ parte ē de mēte Gal. vndecimo de ſimplici medicina: ⁊ Auer. ī quīto colliget ⁊c̄.

**Dubitatur cū medicina lauatiua ha**beat aperire vt colligit̄ 2° cañ. allegato. c. quare etiā ꝓ cura oppilatiōis nō fecit de ipa mētionē? Dicēdū ꝙ iſtā dedit intelligere per euacuationē. nam iſta aperit lauando. ⁊ remouendo humorem.

Oꝫ aūt vt ī reſolōne groſſi a duabꝰ ꝯrijs caueat̄ rebꝰ: quaꝝ vna ē reſolutio debilis que ī raritate materiei augmētū efficit ⁊ ipſiꝰ locū augmētat ita ꝙ ad reſolōnē nō ꝑueniet q̄re oppilatōem augmētat: ⁊ altera ē reſolo fortiſſima q̄ eiꝰ ſubtile fit vapor ⁊ ſpiſſuz ipſiꝰ fit lapis. Cū ergo reſolo fortis ē neceſſaria iuuet̄ lenificāte ſubtili cū mā ī qua nō ſit groſſities ſꝫ ſit ī ea calor tꝑatus qui iuuet in reſoluēdo totū illud qđ eſt oppilatū.

¶Supra tetigit oꝑatiōes curatiuas oppilationū: nunc vnū cañ. explicat erroris correctiue: dicēs ꝙ neceſſe ē ſupple medicuz operantem ī reſolutionē groſſi cauere a duabus rebus cōtrarijs. Una ē reſolutiua res debilis extendens ⁊ ampliās māz ⁊ ſupple extendēdo augēs ꝑāpliꝰ oppilationē. Alia ē res reſolutiua fortis ſubtile humorū cōuertens ī vaporē: groſſuz aūt in lapidē. Et iō cū fortis extiterit reſolutio neceſſaria iuuāda ē talis medicīa cū medicina lenificāte calore ſubtili tēperato eius iuuāte in reſoluēdo rē oppilātē. ¶Pro pte prīo nota ꝙ res reſolutiua debilis primū tunc maxime efficit nocumentū qñ mā eſt multa ī toto etiā repleto ſui multitudine īobediēs ſue reſolutioni. i. ꝑ reſolutiuū fortiter agitabilis rarefacta etiā per tale aut maior facta. Itē etiā tūc maxime ſequit̄ ſcđz nocumētū ſeu īpedimētū qñ mā ē valde dura ⁊ groſſa: tunc quidē applicato valde reſolutiuo cū iſta mā ſit valde apta īdurari ⁊ īgroſſari cito ſequit̄ in lapidem tranſmutatio.

**Dubitat̄ vtruz materie minus groſ**ſe ꝯueniat fortior reſolo q̄ʒ groſſiori? Q̄ð nō arguit̄ ſic: Cura fit per cōtraria equata: ergo groſſiori magis reſolutiua cōuenit medicīa. Añs colligit̄ 3° tegni: ⁊ ꝯñtia tenet: q: ex quo mā ē groſſior: ergo ſibi ꝯtrariū reſolutiuū erit fortiꝰ. ¶Scđo ſic: māe minꝰ groſſe tāta ꝯpetit reſolo q̄ʒta māe groſſiori ⁊ āpliori: ergo ⁊c̄. ꝯñtia ē nota: ⁊ ꝓbat̄ aſſumptū. Nā gr̄a exēpli ponat̄ ꝙ a mā ſit in duplo groſſior. b. notū ē primo ꝙ mā. a. ātequā ſit reſoluta prīo erit eque groſſa ſicut. b. tūc arguit̄ ſic. a. exn̄te eque groſſa ſicut. b. ꝯuenit equalr̄ reſolo: ⁊ āte hoc cōueniebat reſolo iā vſquequo. a. ē. b. equatū: ergo tāta reſolo cōuenit. a. quāta. b. ⁊ adhuc amplior. ¶In oppoᵐ videt̄ mens Aui. ⁊ arguit̄ ſic: Maior timor eſt de ꝯuerſione ī lapidē ī mā groſſiori q̄ʒ ī mā minus groſſa: ergo remiſſiora reſolutiua ꝯpetūt māe groſſiori q̄ʒ māe minꝰ groſſe. Añs notū ē ⁊ ꝯñtia nota. ¶Pro dubio ſit hec pᵃ ꝯclo: Q̄uātū ad primas approximatōes fortiora reſolutiua ꝯueniūt ī mā minꝰ groſſa q̄ʒ in mā magis groſſa. Cōclo pꝫ ꝑ rōnez poſt oppoᵐ ⁊ arguit̄ ſic ex Auic. Nā reſolōni materiei groſſioris eſt lenificās ad miſcēdū: ergo ⁊c̄. ¶Scđa ꝯclo: quātū ad totā approximatōez effectiue fortiora reſolutiua ꝯueniūt māe groſſiori q̄ʒ ī mā minus groſſa. Probat̄ ꝯclo ſic: Mā magis groſſa plus reſiſtit reſolōni mā minꝰ groſſa: ergo ſi dꝫ venire ad debitaz reſolutionē eget reſolutiuo effectiue groſſiori ſeu fortiori. ¶3ᵃ ꝯclo: reſolutiuū vocat̄ effectiue fortiꝰ: nō q: ī eqs applicatōibꝰ fortiorē faciat reſolōnez: ſꝫ q: tādem faciet fortiorez: aut q: ī pluribꝰ applicat̄ vicibꝰ vt tādez faciat operatōez. ¶Quarta ꝯclo: nō eſt neceſſe groſſiꝰ tm̄ reſolutiuū q̄ʒtū minꝰ groſſuz ad tantā ꝑuenire ſubtilitatē q̄ʒta eſt ſubtilitas minꝰ groſſi. Cōclo arguit̄ ſic: Poſſibile ē groſſuz ꝑ ꝯtinuā reſolōnez fieri groſſiꝰ: ergo ꝯclo vera. Cōſequētia nota eſt: aſſumptū pꝫ. Applicato fortiter reſoluēte huic vehemēter groſſo: ꝑterea magis groſſuz pōt ꝯuerti ī vaporē groſſiorē: igit̄ ꝯclo vera. Aſſumptū eſt notuz: ⁊ tꝫ ꝯñtia: q: ſicut vapor groſſior extitit: ita mā groſſior alijs paribꝰ. Iſto poſito pꝫ ſolutio ad obiecta hincide currentia. Primū eiꝫ ꝓbat ſcđaz ꝯclōnez. 2ᵐ ſoluit̄ ꝑ quartā. Facta aūt poſt oppoᵐ ꝓbāt primā. ¶Scđo nota aliud eē medicinaz iuuari ī ſua oꝑatōe ⁊ aliud ītendi. Nā aliqd preparās māz ī qua dꝫ agere medicīa iuuat medicinā oꝑari: illud aūt ꝓprie ītendit oꝑatōez medicie qđ auget gradū virtutis medicie operātis in māz. ¶Ad ꝓpoſitū ꝑ medicinā lenificātez poſſumꝰ ītelligere medicinā leniter facientē reſolutionē ſua caliditate tꝑata cū qua ēt exiſtit aliqua ſiccitas. hec eiꝫ leniter reſoluendo ⁊ nō īdurādo māz ipſaz habilitat ad fortez reſolōnez: ipſa ergo eſt forti ꝑmittenda reſolutio. Scđo ꝑ medicinā lenificātez pōt intelligi medicina lenificās ſeu mollificās tꝑati caloris cuiꝰ eſt habilitare mām durā: que reſolutio etiā pōt ꝯmiſceri eiꝰ refrāgendo acuitatez ex mollificatōe habilitāte mām.

Et ex oppilatōibus quideꝫ peiores ſunt oppilationes venaruz: ⁊ deteriores eis ſunt ille que ſunt in artarijs: ⁊ adhuc peiores ſunt ille que in mēbris exiſtūt principalibꝰ: ergo cuz in aperitiuis ſtipticitas ⁊ ſubtilitas cōiungētur erit melius: quoniā ſtipticitas remouebit a mēbro ſubtiliatiui grauamen.

¶Nunc ponit vnā cōꝑationē īter oppilatiōes rōe mēbroꝝ oppilatorū: dicēs ꝙ peiores oppilatiōes ſunt ille venarū: ⁊ adhuc peiores ſunt artariaꝝ: ⁊ adhuc peiores ſunt ille mēbroꝝ pr̄icipaliū. ¶In vltīa parte ponit cañ. qđ ē melius vt ſubtilitas ⁊ ſtipticitas iūgat̄ medicinis aperitiuis: quia ſtipticitas remouet a mēbro grauatiōꝫ que fit ꝑ ſubtiliationem ſeu apertionem.

Iuuamēta autē ⁊ vtilitates rei ſtiptice iūcte alijs ſolutiuis pertractat Meſue ī ſuo de rectificatione mediciaꝝ ītētōe ſcđa caplo. iij. parapho illo: Res vero ſtiptica medicinarū oīum virtutes ⁊ operatōes felicitat ⁊c̄.

**Dubitatur circa partez que oppila**tiones ſint peiores? Primo ꝙ ille neruorū arguit̄: q: he ſunt difficilioris cure ⁊ citiorē faciūt mortē ſaltē oppilationibus venarū ⁊ artariaꝝ: ergo ⁊c̄. Añs pꝫ quātū ad primā partē ꝓpter ſtricturā meatuū neruoꝝ. Q̄uātū ad aliā ptē pꝫ aſſumptū q: oppilatis neruis: aīalē ſpūuz ad ſpiritualia deferētibus mors ſtatim ſine dubio cōſequit̄. ¶2° arguit̄ ſic: oppilatiōes teſticulorū ſunt peiores vel maiores oppilatiōibꝰ artariarū aut venarum: ergo ⁊c̄. ¶3° arguit̄ ſic: oppilatiōes epatis ſunt peiores oppilatiōibꝰ venaruz aut artariarū in corde exn̄tiū: ergo ⁊c̄. In oppoſitū eſt. A. ī parte. ¶Pro pte notādū ꝙ oppilationū peioritas quāuis poſſit attēdi penes difficultatē remotiōis earuz ſicut morbū dicimꝰ malū q: difficilem ad curanduz. potiſſime tñ eius peioritas attēdit̄ penes nocumētū illatū aut aptuz īferri corpi. ¶Scđo nota ꝙ cū đ venis artarijs ⁊ neruis fit mētio: intelligit̄ de his que cōiter ꝑ corpis ſubſtantiaz ſpargūtur. ¶Tertio nota ꝙ hoc maxīe intelligit̄ de mēbris principalibꝰ ad indiuidui eē faciētibꝰ. ¶Pro dubio ergo ſit iſta pᵃ cōclo: ⁊ ſi neruoꝝ oppilatio alijs paribꝰ difficilioris ſit cure oppilatiōibꝰ venarū ⁊ artariaꝝ: cōiter tñ minꝰ male exiſtūt mō ſcđo. Pꝫ cōclo ſic: ex īdebita delatiōe vitalis ſpūs ⁊ nālis ac etiā ſanguis ad mēbra grādiꝰ ſequit̄ nocumētuz q̄ʒ cōiter ſequat̄ ex indebita delatione aīalis ſpūs: igit̄ ⁊c̄. Cōſeqn̄tia nota cū añcedēte q̄ʒuis aliq̄ oppilatio neruoꝝ vt illa ad quā ꝯſequit̄ ablatio anhelitus aliqua venaꝝ ⁊ artariarū oppilatiōe ſit peior vt argutum ē per vnā partē aſſumpti añ oppoſitū. ¶Scđa ꝯclo: ceteris paribus oppilatiōes venaꝝ ⁊ artariarū minꝰ male ſūt oppilationibꝰ principaliū mēbrorū ad eē indiuidui facientiū. Cōclo nota ē: ⁊ eo ꝙ illis mēbris leſis plus ledat̄ totū q̄ʒ leſis venis ⁊ artarijs. ¶Ultima cōclo: oppilatio membri principalis faciētis ad cōſeruationē ſpeciei ceteris paribꝰ ē minus mala mltis venarū ⁊ artariarū oppilatōibꝰ. Cōclo pꝫ cū vene ⁊ artarie multo plus ſint toti neceſſarie q̄ʒ teſticuli. Iſtis cōcluſis pꝫ ſolo ad obiecta. ¶Ulterius nota ꝙ ſtiptica ſunt ꝯmiſcēda apitiuis duplici de cā. Nā aperitiua diuidūt ⁊ diſpergūt ſubſtātiā mēbri: ⁊ ſic laxando debilitāt mēbrū. Stiptica ergo vniēdo mēbrū ⁊ refrāgēdo virtutē aperitiui cōferūt ⁊ cōfortant. Scđa cā q: ſtiptica ſic vniēdo imo ⁊ ſpūs vigorando ſubſtātiā ꝓhibent ſpūuz euaporatiōꝫ ⁊ citā reſolōnē. Ex iſtis pꝫ ꝙ ī mēbris hn̄tibus ſubſtātiā mollē quātū ē ex hoc ſtiptica maxīe ſūt apitiuis cōmiſcenda. ⁊ in mēbris quoꝝ magnā hēmus cuſtodiā ſicut ſūt mēbra nobilia ⁊ pr̄icipalia. In mēbris autē vilibus de quibꝰ nō ē cura ſtiptica minime aut modicū ſūt aperitiuis cōmiſcēda. ¶Ulteriꝰ nota ꝙ mēſura ſtipticorū pōt ex multis cōprehēdi: pᵒ ex re preter nāz vt morbo. Nā ſi oppilatio ē fortis pauca ſtiptica ſūt cōmiſcenda aperitiuis. Itē menſurat̄ ab accidēte qđ ē debilitas virtutis. nā virtute exn̄te debili ⁊ laxata ſtiptica cōueniūt fortiora. Sed ſi iungant̄ cōtraria vt fortis oppilatio ⁊ đbilitas virtutis:

UVA. BHSC. IyR_006_1

tutis:tũc ad p̃potens in iudicãdo eſt attẽdendũ nõ negle/
cto alio iuxta Gal. ſniaʒ 8º terapẽ. ad finẽ. Sumit̃ ẽt a di
ſpõne nãli q̃ eſt latitudo cãnaliuʒ aut coanguſtatio eoꝛuʒ:
q: magis lato exñte cãnali ſtipticioꝛa ꝯueniũt:iteʒ a nobi/
litate membꝛi. nã mẽbꝛo nobilioꝛi ſtiptica magis ꝯpetũt ⁊
magis aromatica. ¶ Circa p̃habitũ cañ. omittendo multa
verba ꝯmẽtatoꝛis notãduʒ q̃ alioꝝ moꝛboꝝ ꝯpoſitõaliuʒ
nõ expſſit hic. A. curã ipſaʒ plus ſeruans ad loca ꝑticula/
ria:q: tãq̃ʒ ex alioꝝ moꝛboꝝ ꝑticularib⁹ curis pẽdẽtẽ: ma
gis poſuit vero hic curã oppilatõuʒ vt plus ꝯtigẽtiuʒ ⁊c̃.

¶ Caᵐ 25ᵐ de medicatõibus apoſtematũ.

a Poſtematũ quedã ſunt calida:quedã ſũt
frigida fluxa ⁊ quedã ſunt frigida dura ⁊
ea iaʒ dixim⁹. Et ipſoꝛũ quidẽ cãe aut ſũt
pꝛimitiue aut antecedẽtes: ⁊ antecedẽtes
quidẽ ſunt ſicut repletio: ⁊ pꝛimitiue ſunt
ſicut caſus aut ꝑcuſſio aut moꝛſus. Quedã vero q̃ ſũt ex
cauſis pꝛimitiuis q̃nq̃ʒ cũ coꝛꝑis repletione ſe repñtãt ⁊
q̃nq̃ʒ eueniũt cũ equalitate humoꝝ. Et ea quidẽ que ſũt
ꝓpter cãs antecedẽtes aut pꝛimitiuas cuʒ repletiõe coꝛ/
poꝛis repñtata:aut ſunt in mẽbꝛis que pꝛĩcipalibus ſũt
vicina ſicut euacuãtia aut non ſunt.

¶ In caplõ p̃cedenti determĩauit de moꝛbo ꝯpõnali vt
de oppilatõib⁹:nunc moꝛbi ꝯpoſiti curã ponit vt apatuʒ.
Et diuidit̃ ĩ duas. Nã pº facit qđ dictũ eſt. 2º quoſdam
cañ. ponit ⁊ explicat circa ſpãleʒ curã apatuʒ. ibi 2ª: q pla/
gaʒ ſecare. Primũ caᵐ diuidit̃ ĩ duas ꝑtes quãtuʒ eſt ꝓ
pñti ꝓpoſito: q: pº ponit aliq̃s diuiſiones cãruʒ apatũ. 2º
cañ. exequit̃ ponẽdo curatões. ibi 2ª: ⁊ ſi non ſũt. Pꝛĩa in
duas. Nã pº p̃mittit vnã diuiſionẽ apatũ. 2º ponit q̃ſdã
diuiſiões. ibi: ⁊ ipſoꝝ quidẽ. De pª dicit q̃ apatuʒ quedã
ſunt calida: q̃daʒ ſunt frĩda. Et frigidoꝝ q̃dã frĩda fluxa:
q̃daʒ vero frĩda dura. Et iaʒ ea. ſ. apata diximus 2ª pꝛimi
doctrina pª caº de moꝛbis cõpoſitis. De 2ª dicit q̃ cauſe
apatũ aut ſunt pꝛimitiue aut añcedẽtes. añcedẽtes aũt ſũt
ſicut repletio coꝛꝑis: pꝛimitiue vero vt caſus ꝑcuſſio moꝛ/
ſus ⁊ ſimilia. ¶ Scđa diſtictio cãꝝ pꝛimitiuaꝝ aliq̃ q̃nq̃ʒ
repñtãt ſe coꝛꝑe repleto: q̃nq̃ʒ aũt ſtante eq̃litate humoꝝ.
¶ Tertia diſtictio ẽ hec: q̃ apata exñtia ꝑꝑ cãs añcedẽtes
aut pꝛimitiuas cũ repletõe coꝛꝑis: aut ſunt ĩ mẽbꝛis pꝛĩci/
palib⁹ aut ĩ eoꝝ emũctoꝛijs: aut ſupple non ſũt ĩ talib⁹ mẽ/
bꝛis. ſ. emũctoꝛijs. iſta eſt ſnĩa totius lectionis.

Nota q̃ apata ca
lida ſunt duplicia. ſ.
ꝑ eſſentiã vt que ſunt
de mã calida: ⁊ que/
daʒ ſũt calida per ac
cidẽs: vt qñ materia
ẽ frigida ⁊ putreſcit:
⁊ de vtriſq̃ʒ intelligi
tur hic: quare ⁊c̃.

Dubitatur vtruʒ pꝛius Aui. habu
it determĩare de mala cõplõne ⁊ de mala compõne q̃ʒ de
apatibus? ¶ Pꝛimo q̃ pꝛius fuerit de ſoluta cõtinuitate
determinãdũ arguit̃: q: ſoluta cõtinuitas ẽ notioꝛ nobis:
vt pʒ: ergo ⁊c̃. ꝯñtia nota q: a nobis notis pº ẽ inchoandũ
pº phiſicoꝝ. ¶ Scđo arguit̃ ex mõ Aui. 2ª pꝛimi qui ſolu
te ꝯtinuitatis noticiã apatũ notitie p̃poſuit. ¶ Tertio ad
aliã partẽ arguit̃ ſic: Apata ſunt cõioꝛa reſpectu malaruʒ
ꝯplõnũ: ergo ab eis vt notioꝛib⁹ inchoandũ. ꝯñtia tenet q:
tota cõpoſita ſuis partib⁹ nobis ſũt notioꝛa pº phiſicoꝛũ:
⁊ añs ꝓbat̃ q: in apate ẽ mala cõplõ mala ꝯpõ ⁊ ſoluta cõ
tinuitas: vt pʒ 2ª pꝛimi. c. allegato: ⁊ pꝛĩo de accidẽti ⁊ moꝛ
bo. ¶ In oppoſitũ ẽ oꝛdo in pñti fen ſeruatus. Pꝛo du/
bio ex dictis memoꝛãdũ apud medicos iſta nõĩa inueniri:
moꝛb⁹ ſimplex: moꝛb⁹ cõpoſit⁹ ⁊ moꝛb⁹ cõplicat⁹. ille di/
cit̃ ſimplex qui ẽ lapſus vna ſimplici nã moꝛbi cui ẽt đbet̃
vna ſimplex ĩtẽtio curatiua q̃ũo malã cõplõnẽ calidã aut
frigidã ⁊c̃. ſimplicẽ moꝛbũ dicim⁹ q: vnã cõplõnalẽ ledat
nãm cui vna debet̃ intẽtio curatiua: hec aũt iõ dicta ſunt
vn⁹ lapſus vni⁹ nãe cui debet̃ vna intentio curatiua. nam
⁊ ſi mala cõplõ calida ⁊ frigida vnã ledat cõplõnalẽ nãm:
nõ tñ vno lapſu vt notũ ẽ: nec etiã vna ei debet̃ ĩtentio cu/
ratiua ſeu curatio. ꝑ moꝛbũ aũt cõpoſitũ quẽ medici vnũ
appellãt ĩtelligo moꝛbũ ĩ quo triplex nã ledit̃: ſic tñ q̃ vn⁹
actus curatiuus ad oẽm talẽ ſufficit leſionẽ reſoluẽdã ſeu
remouẽdã. In hac ẽt notificatõe notãter ponit̃ trium na/
turarũ leſio. Nã nõ credo eẽ neceſſariũ quãuis ſit ſm plu
rimũ in apate cõiungi moꝛbũ ꝯplõnis vnitatis ⁊ ꝯpõnis:
ĩmo credo eẽ ꝓbabile vt al's tenui foꝛe apa: ⁊ tam in apate
nullũ eẽ ꝑtialẽ moꝛbũ. Hoc ſemꝑ ſuppoſito qđ hʒ tenere
quilibet ſane mentis q̃ ſi neutralitas vni⁹ nãe neutralitati
alterius nãe ꝯiungat̃: maioꝛ ſequit̃ leſio oꝑatiõis q̃ʒ ſi vna
ſit ſola neutralitas. Iſto ſuppoſito iuxta cõem modum ta
lem ſuppono cãuʒ q̃ neutralitas in cõplõne terminat̃ ex/
cluſiue ad ſenſibilẽ leſionẽ oꝑatiõis cui ꝯiungat̃ neutrali/
tas vnitatis: ⁊ neutralitas cõpõnis pendentis ab alia mã a
qua pẽdet illa mala cõplõ. Iſto habito pʒ ꝑ preſuppoſituʒ
oꝑatiõeʒ ſenſibil'r ledi ⁊ eẽ moꝛbũ cõpoſitũ vt ẽ notũ nul/
lo ꝑtiali exñte moꝛbo. Dicẽdũ ergo q̃ apata ꝯponũt̃ ex tri/
plici genere moꝛbi. i. ex lapſibus ĩpoꝛtatis ꝑ triplex genus
moꝛbi. ſ. ꝑ iſta tria vʒ mala complõ cõpoſitio ⁊ ſolutio con
tinuitatis. ¶ Nota etiã q̃ vnitas moꝛbi cõpoſiti ĩquãtuʒ
ſufficit ꝓpoſito ſumit̃ ab vnitate cãe a qua pẽdet ac ẽt vni/
tate actus curatiui. Etiã ex ꝑte accidẽtis vnius p̃ter nãm
qđ ſequit̃ qđ ẽ tumoꝛ, vtplurimũ vñ dicim⁹ apa eẽ vnum
moꝛbũ hoc mõ vnitatis huius vnitatis notitiã ſumentes
ab vnitate cãe ⁊ mãe lapſu ĩ cõplõne cõpõne ⁊ vnitate fa/
ciẽtes ad cui⁹ mãe replẽtis poꝛoſitates remotionẽ oĩuʒ tri/
um lapſuũ remotio cõſequet̃: ⁊ ſi apate remoto male cõple
xionis veſtigiũ remãſerit nõ ẽ illud ꝑs apatis dicẽdũ. Ex
dicta notificatõe ſaluat̃ q̃ ſi ab aliq̃ mã fiat mala ꝯplõ cali
da ⁊ ſicca hũc moꝛbũ ꝓbabil'r vnuʒ ⁊ ꝯpoſitũ poſſum⁹ ap
pellare: q: tñ clari⁹ eſt apa eſſe moꝛbũ ꝯpoſitũ vnũ: iõ ab/
ſolute auctoꝛes ipſa dixerũt eẽ vnũ. ¶ Ulteri⁹ notãdũ q̃
ꝑ moꝛbũ ꝯplicatũ moꝛbũ alteri moꝛbo ꝯiunctũ habem⁹ in
telligere: cui⁹ nõ vna ĩmo diuerſa ⁊ multiplex ẽ ĩtentio cu
ratiua. ¶ Iſto notato pono conclõneʒ rñſaleʒ: Qđ poſt de
terminatõeʒ oppilatõuʒ apatis rõnabil'r debuit ſeq̃ deter
minatio. Pʒ ꝯcluſio eo q̃ ad oppilatiões apata ꝯſequunt̃
ſeu q: ĩ apatib⁹ reperiunt̃ oppilatões repletis mẽbꝛoꝝ me
dijs regionib⁹. Et ex iſto ĩfert̃ q̃ cũ ſoluta ꝯtinuitas cũ op
pilationib⁹ ñ tãtaʒ hẽat ꝯtinuitatẽ ſeu affinitatẽ q̃ʒtã hñt
apata: qđ notãter Aui. poſt oppilatões de apatib⁹ đtermi
nauit ⁊ non de ſoluta ꝯtinuitate. Iſto poſito pʒ ſolutio ad
obiecta añ oppoᵐ. Nã pº dicẽdũ ñ nobis nocioꝛẽ eẽ ſolu/
tã ꝯtinuitatẽ apate: vel dđm q̃ q: apatũ cura oppilatõuʒ
cure ẽ affinis: iõ notãter vt tactũ eſt poſt determinationẽ
de oppilatiõib⁹ determinauit de apatib⁹. Ad aliũ dicẽdũ
q̃ cũ in apate ſoluta ꝯtinuitas includat̃: iõ ꝑfecta apatum
cognitio ſolute cõtinuitatis p̃ſupponit notitiã. In debite
ergo notificãdo apa debuit ſolute cõtinuitatis ponere no
titiã: habita vero notitia apatuʒ ⁊ ſolutiõis continuitatis
debuit pꝛĩo apatũ p̃mittere curã ꝓpter cãm aſſignatam.
¶ Ulteri⁹ aduertẽdũ pº ad ꝑtis euidẽtiã q̃ illa apata vo/
cant̃ calida ab Auic. que ſunt calida per eẽntiã eo q̃ đ mã
que ſui nã calida ẽ exiſtãt: vt ſanguinea: aut colerica: nõ ãt
ĩtelligit que ſunt calida accidẽtal'r: q: per putrefactionem
eiſdẽ accidẽtẽ que ſnĩa ẽt colligit̃ 2ª pꝛimi. c. de apatibus.
¶ Scđo nota q̃ ꝑ apata frĩda fluxa ĩtelligit apata ex mã
flegmatica fluxibili quale ẽ apa dictuʒ vndimea: aut fleg/
maticũ: aut ẽt aquoſũ: vt idrops aquoſa aut hernia aquo/
ſa. Per frĩda vero ⁊ dura ĩtelligit apata ꝓueniẽtia ex mã
melãcolica aut flegmatica cõgelata vt ſui cõgelatiõe ĩ du
ritiẽ trãſcat. Per ipa ẽt ĩtelligẽdo vẽtoſa que dura ſunt
ꝓpter intẽſionẽ vẽtoſitatis extẽdentis. ¶ Tertio nota q̃
ꝑ cãs apatũ intelligit cãs pꝛimitiuas effectiuas. cãe enim
pꝛimitiue efficiũt apata: vt cãus ⁊ ꝑcuſſio. Añtes vero vt
repletio dicũt̃ apata facẽ quãuis nõ ĩmediate ſʒ mediate.
¶ Quarto nota q̃ cã añs nõ ſolũ ſumit̃ hic pꝛo cã p̃cedẽ/
te ſed ꝓ cã coꝛpoꝛali nõ ĩmediate ſʒ mediate cauſante moꝛ
bũ vt humoꝛ putridus mediãte putrida fuligine inficiens
coꝛ. Añs vocat̃ cã nõ q: ĩmediate efficiẽs moꝛbũ ſʒ media/
te. Ex dictis ĩferẽdũ humoꝛẽ nõ actual'r humidũ putridũ
ſed aptũ putrefieri nõ vere debere dici cãm añcedẽtẽ pu/
tride febꝛis. ꝓpoſitio ꝓbat̃ q: hic humoꝛ nõ ĩmediate nec
ĩmediate cauſat febꝛem: ergo ⁊c̃. Nota ꝯñtia ⁊ pʒ añs. naʒ
pº nõ ĩmediate cãt febꝛẽ vt notũ ẽ: nec ẽt mediãte alio: q:
maxĩe hoc eſſet mediãte putredĩe. Sʒ ꝯ hoc arguit̃ q: hic
humoꝛ nec cãt nec cãuit putredinẽ q̃ faciebat febꝛeʒ: ergo
⁊c̃. Añs eſt notũ cuʒ ꝯña. Aliquo mõ tñ põt dici cã añs q:
cã coꝛꝑalis p̃cedens ad quã non ĩmediate: q: non ſtatiʒ ſe/
quit̃ moꝛb⁹ ſʒ mediate: q: mediãte tꝑe cauſabit febꝛeʒ: ⁊ iõ
exponendo verã cãʒ añcedẽteʒ dđm ſic: Cã añs eſt cã coꝛ
poꝛalis q̃ non ĩmediate fit moꝛb⁹ aut pẽdet: ſʒ mediãte alio
qđ cauſat moꝛbuʒ aut ꝯſeruat. ¶ Ulteri⁹ nota q̃ ꝑ reple/
tioneʒ ĩtelligere poſſum⁹ reʒ replẽteʒ: aut mẽbꝛũ: aut coꝛ/
pus repletũ. Si pº ĩtelligit̃ res replẽs q: humoꝛ: pʒ reple/
tõeʒ eſſe cãʒ coꝛpoꝛeã q: hũoꝛ ẽ res coꝛꝑalis. Hic tñ nota
q̃ talis hũoꝛ replẽs talẽ ꝑteʒ apatã: tũc dicit̃ cã ꝯiũcta ⁊
nõ añs. nã eſt cã coꝛꝑalis a q̃ ĩmediate pendet apa. Si ve/
ro repleat aliã ꝑtẽ aptã: replere ꝑteʒ apatã dici põt cã añs
non ĩmediate apans ſʒ mediãte ꝑte fluente: ſeu dici poteſt
añs q: cã coꝛꝑea non ĩmediate: q: non ſtatiʒ ſʒ mediate: q:
tꝑe ĩtermedio apta replere cãre dicit̃ apa. Si vero reple/
tio ĩpoꝛtet mẽbꝛuʒ repletũ aut ergo ĩpoꝛtat mẽbꝛũ apatuʒ
aut aliud. Si non ĩpoꝛtat membꝛuʒ apatuʒ: tũc non eſt cã
apatis niſi ſicut groſſe loquẽdo pars dicit̃ mã ⁊ cã totius.
Si vero dicat aliud mẽbꝛũ repletũ ſic aliquo mõ põt dici
cã añs q: ẽ cã coꝛpoꝛea a q̃ pẽdet apa mediate ⁊ nõ ĩmedia
te. ¶ Ulteri⁹ nota q̃ iſte cãe dicũt̃ pꝛimitiue que ſũt ĩ coꝛ
poꝛe ſed ñ dignoſcit̃ coꝛpoꝛis eẽntia ĩmediate vel media/
te cãntes moꝛbũ: que iõ dicũt̃ pꝛimitiue q: pꝛĩo in cãndo
moꝛbũ: mouent eĩm coꝛꝑeas ad ſuos moꝛbos cauſandos.
Cãe eiʒ pꝛimitiue ꝑlerũq̃ʒ mouẽt añtes pꝛima quarti. c. đ
effimera. Hic tñ aduertẽdũ q̃ nulla cã pꝛimitiua põt ali/
qđ apa ĩmediate cãre. pꝛopõ arguit̃ ſic: Oẽ apa dependet
ĩmediate a mã replẽte: ergo cõclõ vera. Añs notũ de vero
apate. Nota ꝯñtia q: moꝛſus ꝑcuſſio aut cãus rõne dolo/
ris attrahũt mãm ⁊ replẽt: apa ergo ĩmediate pẽdet a re/
pletiõe materiei. ¶ Ulteri⁹ nota q̃ ꝑ equalitatẽ humoꝛuʒ
ñ ĩtelligit Aui. abſolutã humoꝝ equalitatẽ: ſʒ ꝑ equalita/
tem ĩtelligit equã ⁊ tẽꝑatã quãtitatẽ vt pꝛo oꝑatiõib⁹ cõ/

UVA. BHSC. IyR_006_1

uenit. ¶Ulteriꝰ nota ꝙ iſta diuiſio pōt ſic ſuppleri: Cauſarū primitiuaꝝ quedā ſe repn̄tant corpori cū humoꝝ q̄ꝫtitate: quedā ſe repn̄tant corpori vltra debitū eūato. nam adhuc corpe fortiter eūato ꝑcuſſo aut morſo apatio conſequet̄ vt notū ē experiētia. ¶Ulteriꝰ notādū ꝙ ex hac ꝑte hanc poſſumꝰ ſumere diſtinctionē ꝙ apatū aliqua ſūt vicina aut in locis vicinis mēbris principalibꝰ: quedā ſūt ēt ī locis diſtantibꝰ. Similr̄ quedā ſunt ī locis que ſūt emūctoria ſeu eūatoria pricipaliū: q̄dā vero nō. Nā lꝫ oē emūctoriū ſit ſuo pricipali vicinū: nō tn̄ oē pricipale vicinū ē ipſius emūctoriū. ¶Ulteriꝰ nota ꝙ mēbrū illud vocat̄ emūctoriū pricipalis ad qḋ pricipale ſuas nāles expellit ſuperfluitates. Ideꝫ etiā vocat̄ emūctoriū: qꝛ ſuperfluitates extrahit ab his mēbris vt emulgēdo ad hec mēbra trāſeāt.

¶Unde nota ꝙ multiplices ex iſta ꝑte colligūtur apatū diſtinctiōes. naꝫ diſtiguunt̄ apata: aut rōne materierū vt dū dicimꝰ aliqua eē calida ⁊ aliqua frida: ⁊ hāc diſtictiōꝫ tetigit Aui. ī principio partis. Aut diſtiguunt̄ apata rōne modi apantis qꝛ vel apa generet̄ ꝑ viā fluxus māe vel per viā paulatine digōnis: qꝛ tn̄ apata gnānt̄ ꝓm plurimū per fluxū: iō hūc ſolū modū tetigit Aui. Itē 3° diſtiguūt̄ apata ex parte bonitatis ⁊ malitie māe apantis. Nā apatuꝫ ⁊ maxime ſanguineoꝝ quedā fiūt ex ſanguie laudabili q̄dā ex ſanguine malo vt pꝫ tertia quarti ſatis ad principiū. Qꝛ tn̄ mās defluētes vtplurimū cōtingit eē malas aut paulatine cōgeſtas: iō etiā iſtā diſtinctionē omiſit. Sumit̄ etiā diſtinctio rōe cāꝝ vt ꝓm ꝙ cāe ſunt corpee aut incorpee: quā diſtictionē poſuit 2ª huiꝰ: ibi ipoꝝ quidē. Diſtiguunt̄ etiā apata rōne diſpōnis corporis cui cōiungūt̄ ꝓm ꝙ cōiungūtur repletiōi totius aut nō: quā etiā ex illa parte colligere poſſumꝰ: ibi quedā vero ſunt que. Diſtinguūt̄ vlterius ratiōe locoꝝ ſeu mēbroꝝ: qꝛ aut ſunt in principalibꝰ aut non. Item aut ſunt in vicinis aut emunctorijs principalium aut non: que diſtinctiōes ratione locoꝝ comprehendūtur ex ea ꝑte: ⁊ hoc quidem ⁊c̄.

Et ſi nō ſūt nullo mō aliquid ex reſoluētibꝰ ē eis applicādū ī prin°: imo mēbrū expellēs eſt meliorādū ſi ibi fuerit mēbrū expellēs aut totū corpꝰ melioret̄ ſi nō fuerit ibi mēbrū ſingulare q̄tenꝰ ad ea ꝓueniat quicquid refrenat ⁊ ad diuerſū trahit ⁊ ſtipticū efficit. Et tn̄ cū diuerſitate illiꝰ mēbri fit attractio ad illḋ qḋ ī alio latē diuerſo ē poſitū ꝓpter exercitiū ipſiꝰ aut ꝑꝑ reꝫ pōderoſaꝫ ſuper ipm delatā. nā multotiens a manu apoſa trahit̄ mā qn̄ cū alia res defert̄ pōderoſa ⁊ hora vna tenet̄. Opꝫ auteꝫ vt ſtiptica cōſtrictiua repercuſſiua frigide ꝯplexionis pure exiſtant ſi apata fuerint acuta. Qḋ ſi apata fuerit frigida oꝫ ꝙ alicui ſint admixta in quo virtus ſit calida cū retentōe ſicut ſquinātū ⁊ blacte bizantie.

¶Nunc Aui. ponit cañ. curatiuos apatū. Et diuidit̄ in duas. In prima ponit curā apatū extrinſecoꝝ. 2° occultorū. ibi 2ª: occultoꝝ aūt. Pria ī duas. Prīo Aui. ponit curā apatis ſiue cañ. curatiuos apatū ꝑdictis diuiſiōibꝰ diuiſoꝝ. 2° diuiſoꝝ: alia diuiſiōe. ibi 2ª: ex apatibus ꝑterea. Pria in duas. Prīo ponit curā apatis ſeu apatū molliuꝫ ſiue laxorū. 2° duroꝝ. 2ª ibi: ī apate aūt duro. Pria ī duas. Primo ponit curā apatis ꝑ reſolutionē terminādi. 2° terminādi ⁊ curādi ꝑ collectionē puris ⁊ opationē. ibi 2ª: cūqꝫ ad collectionē. Pria in duas. Prīo ponit curā apatis dū nō fit in emūctorijs mēbroꝝ principaliū. 2° qn̄ fit ī dictis emūctorijs. ibi 2ª: ſi vero mēbrum. Prima ī duas. Prīo ponit curā apatū dū ꝓueniūt a cāis añcedētibꝰ. 2° dū ꝓueniūt a cāis primitiuis. ibi 2ª: ea autē. Pria ī tres. Prīo ponit curā apatū ī prin° exn̄tiū. 2° exn̄tiū ī ſtatu aut augmēto. 3° exn̄tiū in declinatōe. ibi 2ª: cū aūt volueris. ibi 3ª: cuꝫ aūt declinatio. Pria ī tres. Prīo facit qḋ dictū eſt. 2° qꝛ dixerat ī prin° apatis eſſe diuertēdū ponit quēdā modū diuerſionis. 3° qꝛ in prin° apatuꝫ ſtiptica dixit eſſe approximāda: iō ponit diuerſitateꝫ ſtipticoꝝ approximādoꝝ in diſtictis apatibꝰ. ibi 2ª: eſt tn̄. ibi 3ª: oportet vt. ¶Maꝝ triū ꝑtiū ſilr̄ ponēdo ſn̄iaꝫ: de pª dicit ꝙ ſi apata ſupple nō ſūt ī mēbris pricipalibꝰ aut emūctorijs aut ſibi vicinis nullo mō aliqḋ reſolutiuū a prin° eſt applicādū: ſꝫ mēbrū mittēs eſt meliorādū ſiue mittat totū corpꝰ ſiue aliqḋ ſpāle mēbrū intātū ꝙ refrenātia diuertētia ⁊ ſtipticuꝫ faciētia ad ea ꝓueniāt mēbra. ¶Scḋo dicit ꝙ eſt ꝯtigens fieri attractōeꝫ ⁊ diuerſionē ꝓꝫ diuerſitatē membri ad qḋ attrahit̄: qꝛ tale mēbrū eſt poſitū ī latere diuerſo ſicut apa manꝰ ꝓpter exercitiū alteriꝰ manꝰ aut delationē rei pōderoſe pluries a manu apoſa attrahit̄ ⁊ diuertitur mā. ¶De 3° dicit ꝙ ſtiptica approximāda ī prin° apatis acuti ⁊ calidi ḋbēt eē repcuſſiua puta ꝯplōnis fride. Ea aūt q̄ approximant̄ ī prin° apatū fridoꝝ debēt eſſe calida ſtiptica vt ſquinantū blacte bizantie. ⁊ hoc totuꝫ ſit de lectōe iſta.

Dicit Gētilis ꝙ ſtiptica repcuſſiua in pricipio ſūt approximāda vbi repercuſſio non ſit ipoſſibilis vt in mā venenoſa: in apatibus etiā emūctoriorum nō ſūt approximāda niſi ad remittēduꝫ acutateꝫ materie ⁊ nō ad repercutiendū: etiā qn̄ mā ē fluxa amplius nō repercutimus: etiaꝫ qn̄ mā ē groſſa viſcoſa qꝛ talis mā nō bene pōt repercuti: ſꝫ ī alijs caſibus poſſibilibus bene repercutimus ⁊c̄.

## Dubitatur pro parte vtrum reſolutiua ſint in hoꝝ apatuꝫ pricipio approximāda:

Qḋ ſic arguit̄: qꝛ ī prin° hoꝝ apatuꝫ ꝯueniūt attractiua: ergo reſolutiua. ꝯn̄tia tꝫ per ſimile. pꝫ añs qꝛ poſſibile eſt hāc mām eſſe corroſiuā ⁊ venenoſaꝫ. ¶Scḋo ſic arguit̄: Mā dꝫ trahi a ꝑte nobili ad ꝑteꝫ ignobileꝫ: ergo ī prin° ꝯueniunt attractiua. Añs ſatis notū cū nā nāliter opans expellat māꝫ a ꝑte nobili ad ꝑteꝫ ignobilē: vt colligitur 2° de accn̄ti: ergo ⁊ medicus imitator nāe dꝫ hoc facere. ¶Tertio ſic arguit̄: In prin° apatuꝫ ꝯpetit cura debita apati: ergo ī principio apatis ꝯuenit reſolō. Añs vr̄ ſatis notū. Tenet ꝯn̄a: qꝛ cū apa pendeat a repletōe ⁊ reſolutio opponat̄ repletōi: videt̄ ꝙ reſolutio ī prin° ꝯueniat. In oppoſitū eſt Auic. in ꝑte. ¶Pro dubio nota Aui. ītelligere de apate dictaruꝫ ꝑtiuꝫ cuiꝰ nō eſt venenoſa mā. ¶Scḋo nota eū ēt ītelligē de apate qḋ nō eſt cū nimia ſeu vera repletōe ꝑtis. ¶Tertio nota ꝙ reſolutiua ſeu ꝯuerſiua humoꝝ ī vaporē ſūt ſatis calida vt colligit̄ 2° cañ. c. 4°. ¶Quarto nota calā nāliter attrahē mās ad locū ⁊ eas mobilitare ⁊ eis apire vias. ¶Ulteriꝰ nota vt colligit̄ pª affo. ꝯmēto 12° ꝙ pricipiū pōt ſumi ꝓ pūctuali initio morbi ꝓ ſpacio triuꝫ dieꝝ ⁊ ꝓ vno ex tꝑibꝰ morbi. ¶Ulteriꝰ nota ꝙ tēpora pn̄t duplr̄ diſtingui ī apatibus. p° penes aliqua accn̄tia que ꝯſequunt̄ ad apa vt dicat̄ eſſe principiuꝫ inchoāte doloris intēſione ⁊ tumore: dicamus augmentū iſtis auctis: ſtatuꝫ vero iſtis vltimatis: declinationē aūt qn̄ minuūtur. 2° diſtiguūtur penes digeſtionē māe: vt dicamꝰ principiū eē cruda exn̄te mā: augmētū vero apparēte manifeſta digōne aut ſibi cōtrario ſed nō in vltimo: ſtatū aūt ſūme digeſta aut deprauata mā. declinatiōeꝫ aūt qn̄ reſoluit̄ vel minuit̄ apa. quibꝰ duobꝰ mōis q̄ꝫuis oppoᵐ dicat expoſitor ītelligit Aui. principiū. nā hiꝰmodi ſic ītellecti oībꝰ pn̄t aptari apatibꝰ. ¶Ulteriꝰ ex dictis memorādū vt euitet̄ dubiū ꝙ n̄ hic cōſiderat̄ principiū ꝓ tēpore ī quo inchoat̄ morbꝰ īquātū tēpus: huiuſmōi eiꝫ ꝯſideratio tꝑis philoſopho ꝑtinet naturali: ſed cōſiderat̄ tꝑs ī morbo ⁊ principium pro diſpōne morbi talr̄ mēſurata. ¶Iſtis notatis ſit hec pria cōclō ad queſitū: Reſolutiua ī principio taliū apatū mā nō exn̄te venenoſa nō ꝯueniūt. Arguit̄ cōclō: Augentia apata nō cōueniunt: ergo aſſumptū tenet: ⁊ ꝯn̄tia ꝓbat̄ qꝛ reſoluentia attrahētia mām augēt apa. ¶Scḋa cōclō: mā apatis exiſtente venenoſa ⁊ mala attrahētia ⁊ reſoluētia cōueniunt. Pꝫ cōclō qꝛ in hoc cāu nō curamꝰ augere apa maius volentes euitare nocumētū. ſ. raptū māe ad īteriora: tunc pꝫ ſolō ad rōnē primā: pꝫ etiā ſolō ad aliū punctū: qꝛ nō ſemper mā ē extrahēda ad quodcūqꝫ mēbrū ignobile vt dicetur. Ad aliā dḋm ꝙ apati inquātū apa in pricipio reſolutio nō ē cura: ⁊ de hoc dicet̄ infra. ¶Ulteriꝰ nota ꝙ corpus mittēs ac mēbrū meliorari nō ē niſi ipm per eūationeꝫ facere meliꝰ ne mām mittat: aut ēt ē eiꝰ cōfortare virtuteꝫ ne multiplicādo ſuꝑfluitates eaſdē mittat mēbro apando: exēpli cā ſi ſit reſolō totius aut ꝑtis mittētis: vel ſi mēbrū ꝓpter ſuā malā cōplōnē multiplicet humorē quē aliqn̄ ſibi tranſmittat: tūc ē corrigēda mala mēbri cōplō que ē cā huius multiplicatiōis. ¶Ulterius nota ꝙ nō ſolū mittēs mēbrū ē meliorādū: imo ēt recipiēs: qḋ ꝓpter ſui malā cōplexionē aut ꝓpter aliqḋ accidēs trahit ad ſe mām dato ꝙ mēbrū de ſe nō trāſmitteret: vtputa calefacto membro aut etiā dolente: qꝛ vtplurimū: tn̄ mēbra mittentia ſunt cā delatiōis māe: iō de eoꝝ melioratōe expreſſit potiꝰ. ¶Ulterius nota ꝙ nō ſolū mēbra ſunt eūanda ꝓpter repletionē ſupple pn̄teꝫ: ſꝫ ſupple pluries ſunt eūanda grā ꝑuiſionis ne repletio ſequat̄ in ꝑte: vt dato ꝙ corpus nō multis abūdet humoribꝰ: cōtingit tn̄ mām ad determinatā partē eē fluxurā: ne igit̄ mā fluat ⁊ parti repletio cōſequat̄: ꝑmittitur melioratio cū eūatiōe. ¶Ulteriꝰ nota ꝙ apate exn̄te ī principio nō ſolū intētio eſt abſolute ad mām que fluxit ⁊ apat: ſed ēt ad ꝓhibēdū fluxū ne augeat̄ apa: ꝓhibet̄ aūt ꝓpter recurſum. i. retrocurſuꝫ qꝛ mām faciēdo currere ad ꝑtē diuerſaꝫ: qꝛ recurſus vt pꝫ 3° tegni: vel fit per pulſuꝫ: aut ꝑ tractū: aut per trāſmiſſum. Fit aūt pulſus ꝑ medicinā fridam ſui frigiditate cōdēſantē ⁊ humiditatē exprimētem ⁊ expellētem: ſicut ēt exꝑſſa ſpōgia, fit humiditatū expreſſio: quēadmodū tetigit Gal. 3ª affo. cōmēto 13° illiꝰ affo. Si vero auſtrina hyemis. Fit aūt trāſmiſſio a mēbro ad mēbrū ad qḋ currebat mā ꝑ ſtipticā cōfortādo medicinaꝫ teſte Gal. dicēte 3° tegni. Et trāſmittūt a ſe vaſa cōfortata ſtipticis farmacijs. Cōfortāt aūt ſtipticū vniēdo mēbrū cū ipm vnitū fortiꝰ ſit laxato: ſed ēt ſtipticū iuuat ꝯprimendo vel expellēdo: nō tn̄ qꝛ verū faciat pulſum cū pricipalr̄ operet̄ ꝯfortādo mēbri virtuteꝫ. Fit aūt tractꝰ a mēbro diuerſo trahente vel ꝓpter doloreꝫ vel ꝑꝑ vacuū aut aliā rē ad diuerſaꝫ ꝑteꝫ trahendo diſtrahēteꝫ. ¶Ulteriꝰ nota ꝙ ī mō faciēdi recurſuꝫ ꝑ iſta dꝫ eſſe ordo. nā tractus dꝫ ꝑcedere pulſuꝫ aut trāſmiſſuꝫ: vt colligit̄ 5° tegni. Nā non facta diuerſione non repugnabit ꝙ ad mēbruꝫ cui mittet̄ non trāſeat mā. Si etiā ſit repletio totiꝰ aut mēbri nō erit locus ī quo replēda mā capi poſſit. Facta vero attractione erit locus cōueniēs. Inter vero pulſuꝫ ⁊ trāſmiſſū nō neceſſario cadit ordo: qꝛ tn̄ tutiꝰ ē pluries applicare ſtipticuꝫ cōfortādo virtuteꝫ q̄ꝫ frigidū repcutiēs: iō ſtiptico faciente trāſmiſſuꝫ ꝑinchoandū ē. Itē inter faciētia recurſum ⁊ eūantia ꝑ ꝑtē cādē dꝫ eſſe ordo: qꝛ pluries ⁊ regulr̄ recurrendum

UVA. BHSC. IyR_006_1

rēdū ꝗꝫ ꝑ eādē partē euāndū. Nā ſi euetur per eandē ꝑtē nō facto recurſu āpliꝰ attraheret: ꝗꝫ per illā euaret ꝑtez.

¶ Notabilr aūt dictū ē pluries ⁊ regulr q: multa mā fluxa ſuffocāte mēbri calorē ſcarificandū ē añquā faciamꝰ recurſuz: īmo nō eſt recurrendū ne recurſu āplius incuniata mā ſui quātitate multa ex toto mēbri virtute opprimat calidū ſuffocādo: quā ſnīam poſſumꝰ colligere ex 3ª quarti. c. de cura flegmonis. ¶ Ulterius nota ꝙ hec lr̄a ea ad duo pōt referri. primo ad ea. ſ. āpata mēbra: ⁊ ē ſenſus: p° faciēda ē melioratio quatenꝰ. i. vt refrenātia attrahētia ad diuerſū ⁊ ſtipticātia ꝑueniāt ad ea. ſ. mēbra āpata vel apoſtemanda. ſ. ipām iuuādo. Uel quatenus ꝑueniāt ad ea q: ſic fiāt vt ipa poſſint mēbris applicari que nō debite poterant applicari ante totius aut ꝑtis meliorationē.

**Dubitatur vlterius an in principio** huiꝰ āpatis ꝯueniat repcuſſio? Qḋ ñ arguit ꝑ vnū mediū als tactuz. nā mā nō eſt pellēda de ꝑte ignobili ad nobilē: ergo ⁊c. Tenet ꝯña: q: repcuſſa mā ipſa ab exterioribꝰ ignobilibꝰ ad īteriora nobilia pellit. ¶ Scḋo arguit auctoritate Hyp. 6ª affo. affo. 25°. Heriſipilā extra factā ītus ꝯuerti nō bonū ⁊c. ergo ēt repcuſſio qua mā ad īteriora trahit nō eſt fiēda. In oppoſituz eſt Aui. ī ꝑte. ¶ Pro dubio nota mēbruz aut cretice āpari aut non. ¶ Scḋo nota ꝙ mēbrū cretice āpatuz aut āpandū: aut eſt mēbrū valde nobile aut ignobile. ¶ Et penes hāc diſtictiōez ſit hoc pᵐ rñſale: In prin° nō cretici āpatis de quo hic ītelligit Aui. repercuſſio cōuenit. Probat quia repcuſſio nō nocet ⁊ ꝓhibet āpatis augmētū: ergo fiēda. ꝯñtia nota. nā primo repcuſſio nō nocet valde incuniādo māz niſi ꝑhabitus eēt cāus: q: mā ē mala. repellēdo vero ꝓhibet fluxū māe ⁊ augmentū āpatis. ¶ Scḋa cōclō: In principio cretici āpatis nā naturalr opante facti nō ꝯpetit repercuſſio. Probat quia euatio ſeu ꝑmutatio nāe nāliter opantis nō ē impediēda: ergo ⁊c. Añs ē notū q: medicꝰ ē imitator nāe nō impediēs cā. tenet ꝯñtia. ¶ Tertia cōclō: In principio cretici āpatis a nā nō nāliter opante facti vt ī indebita ꝑmutatiōe cōueniūt repcuſſiua. Probat talē explicādo cāum ꝙ ꝑmutet mā verſus cor vel epar vel aliud pricipale mēbrū: quia tūc nulli dubiū hanc mām eſſe repellendaz. Preterea arguit: mala nāe opatio cohibēda ē: ergo ⁊c. Añs notū cum tota ꝯñtia. ¶ Iſto cōcluſo ad primū dicēdū ꝙ aliqḋ mēbrū pōt dici ignobile reſpectu alteriꝰ q: alterius famulatiui deputatū nāliter ēt inclinatū ad illius mēbri recipiēdas ſupfluitates. Et quātū ad hoc ſint due cōclōnes. Prima ꝙ in pricipio āpatis ꝑtis ignobilis facti ex ſupfluitatibus mēbri nobilioris vel alteriꝰ mēbri pter nāz exñtis nō ē fiēda repercuſſio: ꝓpō nota ē ne pricipali leſo cōſequat ēt nocumētuz. ¶ Scḋo teneat iſta ꝯclō ꝗꝫuis videat extranea: In prin° alicuiꝰ emūctorij āpatis cōpetit repcuſſio. Probat ꝯclō ſupponēdo caſuz ꝙ mēbrū pricipale ſit tpate ꝗꝫtitatis ⁊ ꝗlitatis humoꝝ ⁊ ſpūuz. 2° ſuppono emūctoriuz pati malā ꝯplōnez calidā ſine mā a pricipali bonā trahentez māz vt ex tali attractōe principale ledat aut ſupponat emūctoriū fore dolens: iſto ſtāte vt poſſibile ꝯuenit repercuſſio: q: ex hoc ꝓhibet pricipale nocumētū: ꝓhibet ēt attractio emūctorij. Scḋo aliqḋ mēbrū pōt dici ignobile abſolute reſpectu alteriꝰ: q: minꝰ ꝑfectā efficiat opationez: ⁊ ꝗꝫtuz ad hoc ſit iſta tenēda ꝯclō ꝙ bonū eſt repellere māz a mēbro ignobili ⁊ ipſaz diſpgere verſus nobile. Naz p° ꝯſequit iuuamētū vtputa ꝓhibitio augmēti āpatis ne nobili ſequat nocumētuz. nā cū mā ſit diſpſa leuiter a pluribꝰ ꝑtibꝰ ſuperat. Ad aliaz rōnez de heriſipila p° pōt dici ꝙ loqt de cretica heriſipila. Uel aliter ⁊ meliꝰ ꝙ malū eſt heriſipilā extra factā ꝯuerti ītus: q: ad ꝑtes valde ītrinſecas ⁊ nobiles ita ꝙ ex toto diliteat. i. non appeat vel ſe abſcōdat: tñ nō ē malū repellē māz q̄ fluebat ad heriſipilā.

**Dubitatur vlterius vtrum ante ad** uentū āpatis ꝯueniat recurſus? Et tenēdū eſt ꝙ ſic. naz ex tali recurſu ꝓhibet aduentus āpatis ⁊ maxime duz timemus āpa eſſe ventuꝝ in parte nobili.

**Dubitatur utruz repercuſſio ſit fien** da rōne māe fluxe actualr āpantis? Ad negatiuā arguitur aucte Gal. 3° tegni: vbi vult māz nō recurſuz hēre q: groſſa aut q: viſcoſa vel q: ī mēbri medias regiōes diſpſa: ergo cū mā ſit ī illas diſpſa regiōes nō pōt repcuti. ¶ Scḋo arguit aucte Aui. 3ª quarti. c. de cura flegmonis ad pricipiū: vbi vult q: cura āpatis īquātū āpa eſt fiēda ꝑ mollificātia ⁊ reſolutiua: ergo māe āpanti debet mollificatio ⁊ reſolutio ⁊ nō repcuſſio. ¶ Tertio arguit ad eādez ꝑtez: Si repcuſſio eſſet fiēda rōne māe fluxe actualr āpantis ſeq̄ret iſta ꝯclō ꝙ ꝑ ſola repcuſſiua poſſet āpa curari. Iſta ꝯclō ē ꝯtra cōez modū opandi. Tz ꝯña q: tūc poterit tota āpans repcuti mā. ¶ Oppoᵐ qōnis arguit ſic: Repcuſſio ē retro māe pulſio: ergo mā āpans poterit repcuti. Cōſeq̄ntia tz: q: ipſa poterit retro pelli potēte nā. ¶ Pro dubio teneant p° iſte ꝯclōnes. pª ꝯtigens eſt ⁊ nō neceſſariū ꝑtez ſubtilē āpatis repcuti. Cōclō ꝓbat: iſta ꝑs ſubtilis a venis pulſa ē ī medias regiōes: ergo añs ē notū ſcienti modū gñatōis āpatis. Et tz ꝯña: q: ſicut nā expulit māz a venis ad membroꝝ poroſitates: ita ecōtra ipſaz a poroſitatibꝰ ī venis poterit retropellere. Preterea arguit: poſſibile eſt āpa diliteſcere ꝑ repcuſſionez ſeu repcuſſiuoꝝ applicatōez: ergo ⁊c. Añs notū expiētia. Tz ꝯña q: talis diliteſcētia multotiēs p̄cedit āpatōez ī ꝑte īteriori. ¶ Scḋa ꝯclō: ꝓpter 2ᵐ argᵐ poſſibile eſt curari āpa per ſola repercuſſiua nullo alio applicato medicamīe exteriori. Cōclō pz ex 3° argumēto āte oppoſitū ⁊ ꝓbat. nā particulr repercuſſa mā natura poterit potēs fieri ſupra reſiduū vt nō egeat medicamīe exteriori. ¶ Tertia ꝯclō: principalis repcuſſio maxime ſit rōe māe fluētis nōdū diſperſe aut defluxe. Pz q: maxime ſit repcuſſio ad ꝓhibēdū aduētū āpatis qḋ ſit repellēdo materiā. ¶ Quarta cōclo: pricipalis mā exñte groſſa aut viſcoſa ī mēbri poroſitatibꝰ īcuniata nō ſit debita repcuſſio. Cōclō pz ꝓpter eiꝰ indiſpōnez ad recurſuz. ¶ Iſto ꝯcluſo pz ſolō ad primū obiectū ꝙ ꝓpter hanc triplicē cāz mā nō recurrit: nō tñ q̄ñcūqꝫ aliqua iſtarū cārū extitit ē repercuſſus īpoſſibilis. Ad ſcḋm dḋm ꝙ cura āpatis inquātuz āpa ſm plurimū ē ꝑ mollificātia ⁊ reſoluentia: q: vtplurimū māe āpantes nō ſunt retropellēde: ſed ꝑ eandē partez euari debēt: ad tertiū pz quid ſit dicēdū. ¶ Ulterius nota ꝙ ex parte cōcipit diuerſionē aliq̄ñ per euationē eē fiēdam: aliq̄ñ vero ꝑ quācūqꝫ aliā ꝑtē attrahētē ad oppoſitū ſeu diuertētē nō exñte repletiōe corpis. ¶ Ulteriꝰ nota ꝙ repcuſſiua approximāda ī principio āpatū calidorū debēt eē pure frigida vt repercutiāt ac etiā opponātur calide cōplōni humorū. ſed ſi āpa fuerit ex mā frigida dz eſſe calida ſicut ſquinātū qḋ ē ad modū palee: ⁊ vocat palea camelorū ſicut ē blacte bizantie q̄ ſūt ḋ genere oſtracoꝝ vngulis aialiū aſſimilate boni odoris ſm Auic. 2° cañ.

Cū aūt maturare volueris minues retētiuū ⁊ admiſcebis ei qḋ ſit reſolutiuū donec ad ſtatū ꝑueniat: tunc ei ipſa admiſcēda erit equalr. Cū aūt declinatio fuerit nō ſit ibi niſi qḋ reſoluat ⁊ laſſuz efficiat. Et oz quidē vt illud qḋ frida fluxa reſoluit ſit abſtergēs ⁊ exiccās: ⁊ hoc quidē plīmū iuenit ī calidis. Ea aūt q̄ ꝓpter cās accñt primitiuas vbi nō ē hūoꝝ repletio medicari debēt ī pricipio rei cū eis q̄ fluxa faciāt ⁊ reſoluāt: ⁊ ſi nō cū eo qḋ ſit ſicut illḋ quo primū medicatū fuit. Si vero mēbrum āpoſuz mēbri pricipalis euatoriū fuerit ſicut locaꝰ glandoſa ī collo q̄ ſunt ī circuitu auriū cerebri aut aſcelle cordis ⁊ īguina epatis: nullo mō erit ei applicāduz aliquid qḋ refrenet: nō iō ꝙ hoc nō ſit medicamētū āpatū eoꝝ: qm̄ hoc eſt ipſoꝝ medicamētū: ſꝫ q: nolumꝰ ipſoꝝ medicari āpata: īmo ſtudiū ad hoc īpēdere vt ea augmentemus ⁊ māz ad ipſa trahamꝰ: ⁊ nō curamꝰ ſi malitia ī mēbro augmētata fuerit: nō eiꝫ curamꝰ niſi de eo qḋ mēbro pricipali eſt meliꝰ. Et timemꝰ ꝙ ſi māz refrenauerimus redibit ad mēbrū pricipale ⁊ ꝑuenimꝰ īde ad illḋ qḋ emēdare nō poterimꝰ: quapropter volumꝰ vt malitiā in mēbrū cadat ignobile cū principali ꝯtulerit mēbro ita vt ſtudiuz īpendamꝰ in attrahēdo māz ad membruz ignobile ⁊ facere vt ipſuz āpetur. Et ſi nō: cū alijs ſaltē cū vētoſis ⁊ emplaſtris attractiuis acutis.

¶ Nunc ponit curā āpatū quātū ad augmētū ⁊ ſtatum dicēs ꝙ ſi volueris maturare debes minuere repcuſſiuū ⁊ augere reſolutiuū vſqꝫ ad ſtatū in quo repercuſſiuū ⁊ reſolutiuū ſunt equalr cōmiſcēda. ¶ Scḋo dicit ꝙ exiſtēte declinatiōe ſolū reſolutiuū laxuz faciēs ē applicandū ei: ⁊ certe oz. ſ. reſoluēs āpata frigida fluxa eē abſtergēs ⁊ exiccans qualia ſunt plurima calida. ¶ Tertio ponit curā apoſtematū ꝓueniētiū a cā primitiua dicēs ꝙ āpata ꝓueniētia a cāis primitiuis nō cōiuncta repletiōi corporis debēt curari a principio per reſoluentia ⁊ fluxa facientia: ſi vero iungant repletiōi corporis curari debēt vt primo. ¶ Ultimo ponit curā āpatū exñtiū ī emunctorijs dicēs: ſi membrū āpatū fuerit emūctoriū ſeu euatoriū mēbri principalis ſicut loca glandoſa circa aures exñtia ſunt emūctoria cerebri ⁊ aſcelle cordis ⁊ īguina epatis repercuſſiuū ſiue recurſiuū nullo mō ē applicādū: nō q: hec nō ſint medicamēta epatis: ſꝫ q: ñ volumꝰ āpata talia medicari: īmo ipa ſtudemus augmētare ⁊ ad ipa trahere mām nō curātes ſi ī mēbro augeat malitia: q: nō curamus de eo niſi qḋ meliꝰ eſt de membro pricipali timētes effrenatā mām ad principale redire: ⁊ timētes ēt ad nō emēdabile nocumentū ꝑuenire: iō volumꝰ malitiā ꝯtineri ī mēbro ignobili dū hoc ꝯtulerit mēbro pricipali ſtudiū īpendēdo vt mā trahat ad mēbruz ignobile qḋ ēt āpat: ⁊ ſi hec attractio nō fiet cuz alijs ſaltē fiet cū ventoſis ⁊ emplaſtris attractiuis acutis calidis.

**Dubitatur an ī quolibet āpate cali** do ꝯneniāt eque frida? Et ſine argumentis ꝯclō negatiua

UVA. BHSC. IyR_006_1

ſit iſta tenēda ꝙ nō ꝯpetunt eque frida. Conclo arguit̄ q:
fridiora ꝯueniunt corpi colerico a̅pato q̄ȝ ſanguineo:ergo
⁊c̄. Añs colligit̄ 3ª q̄rti.c.de heriſipila: Et ſic rōe ꝯfirmat̄
q: colera calidior eſt ſanguie:ergo fridiora ſunt adhibēda.
Añs eſt notū q: calidius qđ eſt i corpore ē colera: vt Gal.
vult i libro de malitia ꝯplonis diuerſe. Et tȝ ꝯña q: frida
applicāt̄ nō ſolū gr̄a recurſus ſȝ gratia refrigerāde mãe.
Propterea arguit̄ ſic:minꝰ recurribilis eſt ſanguie: ergo
ex hoc magis frida ꝯpetūt. pȝ aſſumptū q: ſubtilis valde.

## Dubitatur ſecūdo an cuilibet a̅pati

ꝯueniāt eq̄ ſtiptica aut eque ſicca: Quātū ad hoc ēt ſit iſta
ꝯclo ꝙ non ⁊ arguit̄ ſic: Stipticiora ⁊ ſicciora conueniūt
a̅pati flegmatico ſanguieo: ergo ⁊c̄. imo ēt hūida ſaltē re/
frenātia aliqualr̄ colerā ꝯueniunt ēt melācolico a̅pati.

## Dubitatur tertio cui apoſtemati in

pricipio ꝯueniāt magis ſtiptica ſeu ſicca an colerico a̅pati
vel ſanguineo. ¶ Pro quo dubio ſit iſta conclo: Sicciora
ſeu ſtipticiora ꝯueniunt a̅pati colerico q̄ȝ ſanguineo. Pro
bat̄ q: fridiora ꝯueniūt colerico a̅pati: ergo ſicciora aut ſti
pticiora. Añs iā dictū. Tȝ ꝯña q: ſtiptica aut ſicca q̄ appli
cant̄ i heriſipila q̄ſi ſunt ſuperātia frigus: vt ſumit̄ 3ª q̄rti
c. de cura heriſipile. ¶ Scđo ꝓbat̄ q: mēbrū a̅patuȝ cole
ra plus eget ſtipticitate q̄ȝ mēbrū a̅patū ſanguie: ergo ⁊c̄.
pȝ añs. Nā pº colera hȝ plus laxare ⁊ debilitare membrū
ſanguie:ergo mēbruȝ plus eget approximatōe ſtipticoꝝ ⁊
ꝯfortatōe. Itē colera plus eget vnione ⁊ igroſſatione ſan/
guine:iō plus diſponit̄ expulſioni ꝑ ſtipticuȝ q̄ȝ diſponat̄
ſanguis:imo ſanguis aliqualr̄ icuniat̄ ⁊ diſponit̄. 2ª ꝯclu
ſio:ſtiptica que applicāt̄ i pricipio a̅patis colerici plus de
bent hūiditati ꝯiungi q̄ȝ ea q̄ in prinº flegmonis applicāt̄.
